

一

卷之三

de quatuor scrib⁹ patriarchalib⁹






C-84-2 10-6 41-2

1-2

Digitized by srujanika@gmail.com



i18956701



PA TR RAR C E T T A M

AC P R E V I S T H E P A T R I C I A M / 1 7 7 2

C O N C O R D I A T I X M

U N I T Y M

A N D F R E D E M

H E L P I N G H E L P

P R

W H O C R E A T E D P E R F E C T O U R I S M ?

CLEMENTI III P R I M A P R I M A

P R

12

20

P-11.630 1

DE
VERA QVATVOR
PATRIARCHALIVM
SEDIVM ERECTIONE,
AC EARVNDEM PROPRIE INTER SE
AEQVALITATE,
CONSTANTINOPOLITANAE,
ALEXANDRINAE,
ANTIOCHENAE, &
HIEROSOLYMITANAE.

DE Q. INSIGNI ILLARVM SIGNIFICATIONE,
ac mystico numero; pro dignitate, & amplitudine Sa-
crofancæ Romanæ Sedis, & Summi Pontificis.

Tractatus nunc primum in lucem editus.

DIONYSIO PAVLO LOPIS VALENTINO
Presbytero, & V. I. Doct. Bononien. Auctore.

AD SANCTISSIMVM D. N.

CLEMENTEM VIII. PONT. OPT. MAX.

De D. Balthasar

De Brisa



ROMÆ, Apud Aloysium Zannettum: MDC.

SUPERIORVM PERMISSV:

9-148
da
VERA GAVATAS
PATRIARCHALIS
SEPTIMA ERECTA
AC EURANDIUM PROPRIE TINTA
TITULAM A

СОЛНЦЕ СОЛОДКИХ
АКИЛЛЕЙСКИХ
ЭЛКИНОЛТИК
БЕЛЫЕ ТРОГИ

ДЕ ИЗДОЛБЕНЫХ
СОЛНЦЕ СОЛОДКИХ
АКИЛЛЕЙСКИХ
ЭЛКИНОЛТИК
БЕЛЫЕ ТРОГИ

CLEMENTIA VITI PONT OPT M

Серебро

серебро



ЛЮБОВЬ АБИЛЮТНАЯ ЗАЧАСТЬ МНЕ

СА ЛЕДОВЫИ БЕРМУДЫ

S. D. N.
CLEMENTI VIII.
PONT. OPT. MAX.



DOCT Flosculum de Clericorum,
& Sacerdotum excellētijs ab hinc
annis duodecim à me tunc Valen-
tiæ commorante in lucem editū ,
nouum hoc opus , Beatissime Pa-
ter, de Vera Quatuor Patriarcha-
lium Sedium erectione, ac earun-
dem propriè inter se æqualitate, vt theologo cuidā con-
trariū concionanti, ex eoq. (sub auctoritate vnius grauissi-
mi moderni) priuatim, ac publicè iactitāti, & veluti qua-
tuor sacroru animaliū pennas (quas coniunctas alterius
ad alterum Ezechiel viderat) separanti , responderem ;
fuscipere etiam coactus fui . Suscepī autem disputatio-
nem istam, non tam contradicendi studio, quam utilis-
simæ veritatis demonstrandæ desiderio . Cum enim insi-
gnis harum Quatuor præcipuarum Orbis Patriarcha-
lium Sedium erectio, mysticus numerus, celebrisque, ac
perpetuo recolenda significatio, excellentiam , ac pri-
matum Sacrosanctæ Romanæ Sedis inter alia argu-
menta mirabiliter demonstret : iustum librum , ac tra-
statum (hoc fateor dignorem) iam satis expectauit .

Cum verò argumenti nouitas firmum præsidium,
& materiæ dignitas congruum patronum postularent,
concessit Deus, vt Romam peruenierim, vbi ex omni-
bus te vnum, Beatissime Pater, Iesu Christi Vicarium
prædictæ Ecclesiæ visibile caput omnium virtutum cu-
mulo ornatissimum, speciali ratione præsentis operis de-
fensorem, ac protectorem assumendum necessario esse;
planè didici, ac perspicue intellexi. A quo enim firmius
præsidium, & robur contra inuidos (si qui fuerint) expe-
ctandum, quam ab eo, qui suo CLEMENTIS nomine
hostes Ecclesiæ terret, fugat, deuincit? Quiq. sua pru-
dentia, clementia, ac magnitudine animi singulari vni-
uersum orbem regere, ac moderare admirabili suauita-
te non desinit? Cui tractatum, de Quatuor Patriarcha-
libus Sedibus congruentius dicari posset, quam Patriar-
charum Principi, & Archipatriarchalem Lateranen.
Ecclesiam dignitate, ac præstantia omnium priuam
iustè, ac merito obtinenti? Non enim caret mysterio,
quod in Ecclesiastica hierarchia cum ijs solis Quatuor
præcipuis Patriarchis Romanus Pont. certum, ac deter-
minatum numerum legatur constituere. Quadruplex
namque ista Patriarchalis dignitas, quadratum Ratio-
nale Summi Sacerdotis præ se fert; Quatuor sacra ani-
malia prædicta, in circuitu supremi Throni assistentia
(prout Apostolus Ioannes viderat) repræsentat; Quatuor
Euangelistas, quibus præcipue in controversijs definien-
dis Romanus Pontifex vtitur, significat; Et denique (vt
alia prætermittam) insignis illius Quadrigæ, quam usque
ad ultimum exitum saluandam Habacuc prædixerat,
vicem gerit. His accedit, quod dum opusculum istud
(licet

(licet immeritum) S. T. Pater Beatissime, dedico; et vigiliarum mearum, tum Valentiae, tum Romae consumptarum rationem omnium patri familias, prout teneor, reddo: et muneri iniuncto, ne quis oblatione vacuuus in Domini conspectu appareat, eo quo possum modo, satisfacio. Accipe igitur clementer CLEMENS Beatissime Pater, pro dignitate, & amplitudine Romanæ Ecclesiæ, & S.T. in eandem Primatu, tuum tot titulis nouum à me debitum tractatum, quem licet splendore tantæ dignitatis non condignum sciam, spero tamen futurum non ingratum. Non minus enim (vt Arthaxerxes dicere solebat) officium Principis est, parua munera accipere, quam magna elargiri. Deus Opt. Max. te nobis diu in columem, fœlicemque seruet.

Sanctitatis Tuæ

Humillimus Seruus

Dionysius Paulus Lopis.

BENEVOLO LECTORI

Dionysius Paulus Lopis V.I.D. S.D.



V M annis preteritis non vulgaris nominis concionator quidam in publicum sermonem de Patriarchibus Sedibus incidisset, Constantinopolitana, & Hierosolymitana Patriarchatus dignitatem minuere voluit, eas impropter Patriarchales esse affirmauit; ab Alexandrina, & Antiochenae seiuinxit; & consequenter veram, propriam, ac præcipuum prædictarum Quatuor Patriarchalium Orbis Sedium (ultra Romanam) erectionem negauit. Quare ad me perlata, opinionem huiusmodi non subsistere iudicans, veritatem consulentibus non potui, non aperire. Quibus ad eundem concionatorem relatis, inde non occulta, sed satis nota in patria mea fuit exorta controuersia, cum ego meam, ille vero suam (grauiſſimum pro ea, ac doctissimum modernum auctorem allegando) opinionem enixè defendere, contendemus. Hinc factum est, ut ad verā sententiam in re tam graui eruendam, eandemque auctoritatibus, & rationibus confirmandam, varia Pontificum decreta, diuersosq. iuris auctores diligenti studio, omnique animi conatu euoluere coepirim. Cumq. rerum congeries non parum excreuiſſet, animaduertissemquè, de vera Quatuor Patriarchalium Sedium erectione, ac eaurundem inter se aequalitate; deque insigni illarum in Ecclesia significatione, ac mystico numero, à nemine pro dignitate plenè fuisse hac tenus pertractatum; perspicissim etiam eiusdem tractatus pro dignitate, & amplitudine S. Romana Ecclesiae, & Summi Pontificis Primatu utilitatem, & necessitatem non modicam esse: omnes ingenij mei vires (licet exiguae) ad integrum volumen hac de re conscribendum, typisq. mandandum conuertere, existimauit. Quod autem aliquis ex maioribus de articulo tam præclaro propriam in hunc usque diem disputationem non suscepit, materia indignitati tribuendum esse, minime putas, falleretur enim aperte (ut infra aduerto) qui vanā de Patriarchibus Sedibus disputationem asseuerasset. Sed accidit fortasse, quia nullus ex prædictis iuris consultis existimarit, reperi in posterum ullum posse, qui contra tam aperta iuris communis decreta, doctorumque testimonia quicquam afferere auderet. Ego verò premissa occasione (quaे in simili aliis ad alia scribenda compulit) excitatus, argumentique præstantia non parum compulsus, per annos plures in hoc opere insudavi, potiores (ni fallor) dubitandi rationes (ab aduersa

PIOLECTORI

uersa parte pro sua fundanda opinione omissas adduxi, multas, ac
 nouas pro illarum solutione, & vere sententie confirmatione considerationes excogitaui, expertusque fui, rectam Iacobum Simancas protulisse sententiam, dum in libro de Republica, dixit, multa esse excogitantibus facilima, experientibus autem supra quam dici possit grauia, & laboriosa. Quid autem à me tot laboribus, ac vigilijs prestitutum fuerit, tu charissime lector, facile perspicere poteris, si prius integrum opus, vel per Alphabeticum indicem perlegere volueris. Iuris enim notam incurrit, qui aliter de quoconque opere iudicat, ut Celsus lib. 9. Digestorum admonuit, & Eleutherius, P.P. in unica sua epistola indicauit. Et quamuis, qui in sola multitudine diuitiarū gloriantur, quiq. magis aurū, quam annulū, & potentiam, quam mitram attēdunt (in quos Dauid, Hieron. & alij sapiēter insurgūt) similes disputationes parui pēdēnt: Veritatem Christianae Philosophiae amatores, qui post aurum non abeunt, sed Ecclesiasticam potius harmoniam, & hierarchiam venerantur, primatumq. Christi Vicarij, Romani scilicet Pont. varijs glorificandum doctrinis (iuxta Isaiam) desiderant; nouam ad hoc speculationem prot̄agent, atque defendent. Quod si scripta mea similibus benignis lectoribus probari Deus omnipotens (ut spero) concederit, non minimum ex percepto labore præmium videbor consequutus. Huiusmodique præsidio munitus, detractorum, & inuidorum (siqui fuerint) dolosas linguas, & sublimes oculos non curabo, quibus appositè obiectus es̄ iam dudum ille versus.
 Cum tua non edas, carpis nostra carmina Leli;

Lædere vel noli nostra, vel ede tua.

Et de quibus Carthaginense Concilium à Gratiano relatum notabiliter statuit, dicens, Clericus inuidens fratrūm profectibus, donec in vitio est, non promouetur. Opus autem non omnibus suis numeris absolum, sed aliquos defectus patiens, cui forsitan videatur, mirum non sit, homines enim sumus, & omnia rimari, in nulloque decipi, difficile admodum est. Sed ex hoc forsitan aliis præstantior I. C. ad maiora, & illustriora (quaē bic desiderantur) proferenda excitabitur. & Beati Patris Augustini sententiam illam insignem adimplebit, dicentis; Laudabile, utile, ac necessarium esse plures libros à pluribus fieri diuerso stylo, etiam de eisdem questionibus; ut veritas ad omnes omnibusmodis peruenire possit. Tu interim, Christiane lector, hoc quali quali nouo opere utere, ac fruere; mihi enim in re tam graui, ac illustri, ut panem otiosus non comedererem, satis fuit laborasse.

PIO LECTORI
TETRASTICHON.

ANTONII BONFIOLI I.V.D. BONON. ET
ARCHIPRESBYTERI.

*En Quaterna tibi, Lector, Patriarchia, Sedes
Orbis præcipuas, queis Pia Roma præst.
Texuit hoc celebris, miraque LIOPIVS arte
Rarum opus : hoc fruitor, dum meliora parat.*



De commissione Reuerendiss. Patris Sacri Palatij Magistri ego
Franciscus de Ribera Mudarra, I. V. D. vidi, ac perlegi hunc li-
brum, cui nomen, & Titulus, De VERA QVATVOR PATRIAR-
CHALIVM SEDIVM ERECTIONE, AC EARVNDEM PROPRIE INTER SE
AEQVALITATE, &c. à Dionysio Paulo Lopis Valentino Iuris Vtriusq.
Doctore compositū. Nihilq. in eo, quod a vera, & syncera religione,
sana, ac recta doctrina abhorreat, reperio: Immo eruditione refer-
tum, dignumque typis mandari, iudico. Dat. Romæ, die 10. Mensis
Augusti, Anni 1600.

D. Franciscus de Ribera Mudarra.

Imprimatur

P. Episcopus Isernien. Vicegerens.

Imprimatur

Fr. Angelus Baronius Venetus Mag. & R. P. M. Sacri Palatij
Socius Ord. Præd.

Index

Index Alphabeticus auctorum,

Vt vno obtutu: operis lectura pateat.



- A**
Bbas Antiquus.
Abbas panormitanus.
Abrahamus Ortelius.
Albericus de Rosate.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Imolensis.
Alexander Stiaticus.
Alexandrinus Gard.
Alfonsus à Castro.
Alfonsus à vera Cruce.
Alfonsus Guerrero.
Alfonsus Pisanus.
Alfonsus Viualdus.
Aluarus Pelagius.
Amalarius Fortunatus.
S. Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Anastasius Germonius.
Andreas ab exea.
Andreas Alciatus.
Andreas Barbacia.
Andreas Fabricius.
Andreas Gammarus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Aretinus.
Angelus pientinus.
Annibal Rochus.
S. Antoninus.
Antonius Augustinus.
Antonius Bonfiolus.

- Antonius Burgos.
Antonius Butrius.
Antonius de pratis.
Antonius Gabriel.
Antonius Meneses.
Antonius Negusantius.
Arias Pinellus.
Archidiaconus.
Arnaldus Albertinus.
Attilius Serranus.
S. Augustinus.
Augustinus Berous.
Augustinus de Ancona.
Aulus Gellius.
Aymon Craueta.

- B**
Aldus.
Balthazar Altamiranus.
Baptista de S. Blasio.
Baptista Mantuanus.
Baptista Marchesanus.
Baptista Paulianus.
Baptista Zyletus.
Bartholomeus à Martyribus.
Bartholomeus Carranza.
Bartholomeus Cepolla.
Bartholomeus Cassaneus.
Bartholomeus Sybilla.
Bartholomeus Socinus.
Bartolus,

S.BA-

I N D E X.

- S Basilius.
Beda Venerabilis.
Benedictus Canophilus.
Bernardinus bustus.
Bernardinus Miedes
Bernardinus Lutzemburgus.
S. Bernardus.
Bernardus Comensis.
Bernardus Diaz.
Blasius Nauarro Valentinus.
Boschus de Codecha.
S. Brigitta.
Brunorius à Sole.
Burchardus.
Burgos de Paz.
- C
- G Alixetus Amadeus.
Camillus Borellus.
Carolus Borroomeus Card.
Carolus Sigonius.
Catechismus Romanus.
Cattelanus Cottæ.
Cælius Rodiginius.
Ceremoniale Romanum.
Illust. Cæsar Baronius. Cardinalis.
Cæsar Lambertinus.
Choueronius.
Christophorus portius.
Christophorus Robusterus.
Collegium doctorum Padua.
Conradus Brunus.
Cynus.
S. Cyrillus.
- D Idacus Couarruzianus.
S. Dionysius Areopagita.
- Dionysius Carthusianus.
Dionysius Gotthofredus.
Dominicus à Soto.
Dominicus Bannes.
Dominicus Iacobatius Card.
- E
- Gidius Bellamera.
Egidius pirrinus.
Emanuel Rodriguez.
Eusebius.
- F
- Elinus.
Ferdinandus Loazes Valentin.
- D. Flaminius Parisius.
Franciscus Arias.
Franciscus à Ripa.
Franciscus Cantucius.
Franciscus Cotius.
Franciscus Curtius.
Franciscus Granutius.
Illustris. Franciscus Mantica Card.
Franciscus Niconitius.
Franciscus padilla.
Franciscus Pauinus.
D. Franciscus Pegna Aud.Rot.
Franciscus Xuarez.
Franciscus Turrianus.
Franciscus Viuius.
Franciscus Zabarella Card.
- G
- Abriel Biel.
Gabriel Paleottus Card.
Gale-

IX N D C E M X I

Galenus.
Gaspar Caballinus.
Gaspar Contarenus Card.
Gaspar Valascus.
Gilbertus Genebrardus.
Gonçalus ponç de Leon.
S.Gregorius.
Gregorius Lopez.
Gregorius Nunnus Coronel.
Guido Pape.
Gulielmus Benedictus.
Gulielmus Bont.
Gulielmus Durandus.
Gulielmus Redoanus.

H

H Enrrichus Bottheus.
Henrichus Hostiensis
Cardinalis.
S.Hieronymus.
Hieronymus Albanus Card.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Paulus.
Hieronymus Platus.
Hieronymus R iminaldus.
Hieronymus Verrutius.
Hieronymus Vuicel.

I

Iacobus Beluiss.
Iacobus Cuiatius.
Iacobus Graffis.
Iacobus Menochius.
Iacobus Niger.
Iacobus Nouellus.
Iacobus Puteus.
Iacobus Simanca.

Iacobus Zochus.
Innocentius ii. & iii.
Ioachimus Mynsingerus.
Ioannes Andreas.
Ioan.Baptista Agnesius Valentin.
Ioan.Bapt.Caccialupus.
Ioan. Bapt. Cardona Valent.
Ioan-Bapt. Ferretus.
Ioannes Bertachinus.
Ioan.Calderinus.
Ioan. Costarus.
Ioan. Euiratus.
Ioan. Fischerus.
Ioan. Hugo.
Ioan. Imolensis.
Ioan. Maria Corasius.
Ioan. Medices.
Ioan. Monachus Card.
Ioan. Neuizannis.
Ioan.Orofco.
Ioan.Paulus Lancellotus.
Ioan. Pedraza.
Ioan. Quintinus.
Ioan. Roias.
Ioan. Segura Daualos.
Ioan. Selua.
Ioan.Taulerius.
Ioan. Turrecremata Card.
Ioan. Turpinus.
Ioan. Vaseus.
Ioan. Viguerius.
Iosephus Acosta.
Iosephus Ludonicus.
Iosephus Mascardus.
D.Iosephus Stephanus Valentin.
S.Isidorus.
Iulius Cappacius.

IX N D E M X.

Julius Roscius.
Julius Clarus.
Iustianus Antist Valentini.
Iustinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Lancellotus Conrradus.
Lelius Zebus.
Ludouicus Gomes Valentini.
Ludouicus Granatenis.
Ludouicus Romanus.
Ludouicus Visvaldus.

M

Marellus Francolinus.
Marcus Anton. Bardus.
Marcus Anton. Cuchus.
Marcus Anton. Marsilius.
Marcus Mantua.
Martialis Capella.
Martinus Navarrus.
Mattheus Afflictus.
Matthias Hugonius.
Mauritius Hilaretus.
Melchior Cano.
Metrophanes Metropolita.
Michael Aninyon.
Mihael Molino.

Nicolaus Euerardus.
Nicolaus Lyrensis.
Nicolaus Moronus.
Nicolaus Sanderus.

O

Doffredus.
Onufrius Panuinus.
Octavianus Vestrius.
Ordo Romanus.

Alatius Rubeus.

Paulus Borgasius.

Paulus Burgenis.

Paulus Castrensis.

Paulus Galliardus.

Paulus Granutius.

Paulus Grysaldo.

Paulus Manutius.

Paulus Orianus.

Paulus Romanus.

Pardulphus prateius.

Petrus Antonius Beuter Valentini.

Petrus Belluga Valentini.

Petrus Bungus.

Petrus Cenedo.

Petrus Cornelius Barderodius.

Petrus Fabrus.

Petrus Gillius.

Petrus Gregorius.

Petrus Lenauderius.

Petrus Monconus Valentini.

Petrus Rebuffus.

Petrus Paulus Parisius Card.

Petrus Ancharranus.

Petrus Calefatus.

Petrus

Nicasius.
Nicephorus Calixtus.
Nicolaus Angelius.
Nicolaus Antonius Grauatus.
Nicolaus Aymericus.
Nicolaus Boerius.

I N D E X.

Petrus Sutor.

Philippus Bergomensis.

Philippus Decius.

Philippus Francus.

Philippus Portius.

Philippus Probus.

Platina.

Plato.

Plinius.

Plutarchus.

Polidorus Virgilius.

Pontificale Romanum.

Sebastianus Medices.

Sebastianus ximenez.

Seneca.

Sextus Pompeius festus.

Sixtus Senensis.

D.Silvester Aldobrandinut.

Sophronius.

Sozomenus.

Stephanus Duranthur.

Stephanus Forcatulus.

Stephanus Gaeta.

S.Sulpitius.

QVintilianus Mandosius.

R

R Amandus Russus.

Raphael V olaterranus.

Rauisius teztor.

Reginaldus polus Card.

Illustr. Robertus Bellarminius

Card.

Roibus de Curte.

Rodericus Xuarez.

Rodulphus Cupers.

Rodulphus de Rio.

Rodericus Zamorenus.

Rolandus à Valle.

Rupertus Abbas.

D.Rutilius Bensontius.

Ualfridus.

Wuolfangus Lasius.

Tertulianus.

S.Thomas.

Thomas Aetius.

Thomas Gananus.

Thomas Ferretus.

Thomás Stapletonus.

Tiberius Decianus.

Titus Liuius.

V

Errius Flaccus.

Vincentius Carrofus.

S.Vincentius Ferrer Valent.

Vualfridus.

Wuolfangus Lasius.

F I N I S H

INDEX

INDEX Index Viginti Capitum, huius operis.

Caput Primum. pag. 3

DE Varijs Ecclesiasticarū dignitatum gradibus sub Romano Pontifice, & de antiquitate, & significatione nominis Patriarchæ.

Caput Secundum. 10

De auctoritate Glossæ, & de communi Doctorum sententia, quod Quatuor sint veræ, ac præcipuæ in orbe Patriarchales sedes, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana.

Caput Tertium. 17

De Ratione, & causa Patriarchalis sedis, & de duabus rationibus dubitandi contra verum Constantinopolitanæ, ac Hierosolymitanæ Patriarchatum: & de occasione præsentis operis.

Caput Quartum. 31

De solutione Argumentorum pro contraria parte adductorū, & de alijs auctoritatibus, maxi-

mē ex Catechismo Romano, quibus probatur, quatuor verē esse post Romanam, Patriarchales sedes præcipuas.

Caput Quintum. 44

De veritate Patriarchatus Constantinopolitani, & Hierosolymitani cum Antiocheno, & Alexandrino: Et qualiter fictio in iure procedat, & de auctoritate iuris Pontificij.

Caput Sextum. 59

Vera quatuor Patriarchalium sedium erectio probatur, licet diuersis temporibus facta fuerit: Cuius occasione fit mentio illius Brevis Pij V. Archiepiscopo Valentini directi, quo reseruantur Generali Concilio verba illa [Sancta Synodus] quæ ante Proutialibus etiam Concilijs competebant; & quid auctor super eo scriperit sacrae Congregationi Concilij, cum Respoſo, & Epistola meritisimi illius præfecti Illustrissimi Domini Hieronymi Card. Matthæi.

Caput Septimum. 68
De Patriarchatu Antiocheno aliqua

INDEX

IN DIEI X CAPITVM.

aliqua adducuntur specialia, & notabilia.

Caput Octauum. 71.

De Patriarchatu Alexandriano aliqua adducuntur specialia, & notabilia.

Caput Nonum. 73

De Patriarchatu Hierosolymitano aliqua adducuntur specialia, ad eius verum Patriarchatum cognoscendum.

Caput decimum. 81

De Patriarchatu Constantiopolitano aliqua adducuntur specialia, ad verum illius Patriarchatum cognoscendum: Item de vi Gratitudinis, pacis conciliandæ, & de efficacia Pontificie voluntatis, in casibus iuris positivi.

Caput Undecimum. fol. 95

De vi quaternarij numeri variè, ac catholicè expensa; maximè autem ex Cruento, & In-cruento Christi Domini nostri Sacrificio: ad congruentiam quatuor insignium Patriarchalium sedium.

Caput Duodecimum. 113

De aliis naturalibus, morali-

bis, & Ecclesiasticis quaternarijs considerationibus, & maximè circa publicam administrationem, & Ecclesiae Cœciliae ornamento suscep*t* disputationis.

Caput Decimumtertium. 128

De alijs notabilibus Quaternarijs considerationibus ad similitudinem quadruplicis Patriarchalis dignitatis; maximè ex nomine Papæ, ex Formata Epistola, ex Pallio Pontificali, & alijs Ecclesiasticis Ritibus.

Caput Decimumquartum. 139.

De alijs insignibus quaternarijs considerationibus, ad similitudinem quatuor insignium Patriarchalium sedium: Vbi maxime de Jubileo Centesimo, pro pro isto Anno Millesimo sexcentesimo agitur.

Caput Decimumquintum. 147

De multis alijs Quaternarijs considerationibus, maximè ex Petro Principe Apostolorum sumptis; quibus decoratur quadruplex præcipua, ac vera Patriarchalis dignitas.

Caput Decimumsextum. 159

De Pontificio Papæ Primatu ex

INDEX CAPITVM.

ex erectione quatuor Patriarchalium sediū cognoscendo: & quod Romæ quinque sunt Patriarchales Ecclesiæ, pro quinque Orbis Patriarchis computando Romanum.

fuerunt in Romanam Sedem: Noueq;, ac notabiliter ad hoc interpretantur notissimæ illæ litteræ quatuor Romanæ.
S.P.Q.R.

Caput Decimumseptimum. 173

De vniuersali in Ecclesia Papæ Primatu, & quod optimè deducatur ex eo, quod sit super quatuor præcipuos Patriarchas constitutus: Refutaturq; Carolus Molinæus, declarantur aliquot Concilia, expenditur stylus Curia, quo aliquando Ora-tores appellant se Papæ creatu-ras; & in primis probatur, quanta sit Patriarchalis dignitas.

Caput Decimumoctauum. 194

De eodem Papæ Primatu agitur, ex eo etiam deducendo tempore, quo quatuor Patriarchæ in Patriarchalibus illis sedibus inobedientes, ac Rebelles

Caput Decimumnonum. 209

De vero Quadruplicis Patriarchalis dignitatis honore, conseruando in Ecclesia sacro-fancta, quamvis modò Patriarchales Prouincia ab infidelibus detineantur; & quod ideo dignè fuerit suscepcta præsēs noua hæc disputatio, quæ iustum librum exigebat; agiturq; de Episcopis Titularibus.

Caput Vigesimum & finale. 220

De quadruplici, ac vera Patriarchali dignitate, nendum in Ecclesia conseruanda, verumentiam ad digniorem, & altiorem locum euehenda; ad maiorem Romani Pontificis decorem, & gloriam.

DE VERA

DE VERA
QVATVOR
PATERNITATIBVS
SEDIVM ERECTIONE,

Ac earundem propriè inter se
Aequalitate,&c.



DA MIHI DOMINE SEDIVM TVARVM
ASSISTRICEM SAPIENTIAM. Sap.c.9.

Caput Primum.

De varijs Ecclesiasticarum dignitatum gradibus sub Romano Pontifice, & de antiquitate, & significatione nominis Patriarchæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanctus Dionysius Magnus scripsit libros de Cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia. & nu.2.
- 3 Deus cœlestia, & terrena moderatur.
- 4 Ecclesia inexpugnabilis facta, & qualiter?
- 5 Ecclesia circundata est varietate.
- 6 Ecclesia militans ad exemplar est triumphantis.
- 7 In Ecclesia nihil debet esse inordinatum.
- 8 Ecclesia triumphas varios habet ordines cœlestium Spirituum.
- 9 Ecclesia militans varios habet ecclesiasticos ordines sub Romano Pontifice, & ad quid? cum num.seq.
- 11 Minores maioribus reverentiam, maiores autem minoribus dilectionem debent.
- 12 Uniuersitas ex diuersitate ordinum, seu graduū est conseruata.

2^o De vera Quator Patriarchalium

- 13 Episcopus quid erga subiectos, & illi erga Episcopum quid agere teneantur.
- 14 Ciuitas indiget hominib. diuersæ cōditionis ad sui perfectionē.
- 15 Ciuitas sine Pauperibus imperfecta est.
- 16 Corporis membra infirmiora, necessaria sunt.
- 17 Res publica habet multa officia, sicut homo in corpore multa membra.
- 18 Laicorum status graduum, & officiorum diuersitatem habet.
- 19 Ordinatione Spiritus sancti graduum & officiorum diuersitas in ecclesia fuit constituta.
- 20 Episcoporum Ordo, ex S. Isidoro, Quadripartitus dicitur.
- 21 Episcopalis Ordo propriè unus est.
- 22 Archiepiscopum, & Metropolitanū differre, sentiunt aliqui.
- 23 Metropolitanus non à numero ciuitatum, sed à Matrice ciuitate dicitur.
- 24 Episcopalis Ordo tripartitum gradum continet.
- 25 Metropolitanorum nomen additum fuit Archiepiscopis, ad differentiam Episcoporum.
Metropolitanī, & Micropolitani differentia. ibidem.
- 26 Metropolitanus, & Archiepiscopus, idem est. & nu. 28.
- 27 Distio; Videlicet; quid importet.
- 29 Iacobus Cuiatius Iura Valentini Gallis interpretatus est.
- 30 Archiepiscopum, & Patriarcham idē significare docuit Cuiatius, & Gottifredus. Contrarium probatur, in num. seqq.
- 32 Metropolitanī non possunt dici propriè Primates, sed Archiepiscopi.
- 33 Sacerdotij gradus Quatuor sunt, videlicet, Sacerdos, Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha.
- 34 Patriarcha est ex præcipuo ordine in Ecclesiastica Hierarchia.
- 35 Patriarchale nomen ab ortu Ecclesie usitatum, & recte. & n. seq.
- 36 Hæretici falso afferunt Patriarchale nomen esse nouum, ac portentosum.
- 37 Loquendum est scienti virtutem vocis.
- 38 Verborum significatio inquirenda necessario est. & num. seqq.
- 41 Patriarcha, Summus, vel Princeps patrum interpretatur. & nu. 43.
- 42 Iuris consulti solent grammaticos etiam allegare.
- 44 Patriarcha quasi patriarchum mundi Archarius.
- 45 Thesaurus domus Domini Quatuor Leuitis creditus erat in legge antiqua.



- 1 IONYSIVS ille Sanctissimus meritò ab omnibus magnus appellatus, quæ à magistro suo Paulo Apostolo, tūm in Paradisum, tūm in tertium cœlum rapto, 2.ad Corinthios c. 12. de cœlesti Hierarchia reuelata didiscerat: etiam ad ecclesiasticam adaptauit, libris illis, ad instructio[n]em fidelium, uno de cœlesti, & altero de ecclesiastica Hierarchia, 2 mirabiliter editis. † Vt contra id negātes hæreticos, tūm ex generalibus ecclesiæ sacrosanctæ Concilijs, tūm ex vnanimi catholicon obseruatione: inter alios elucidarunt, duo insignia huius nostri temporis lumina, Illustrissimus D. Cardinalis Cæsar Baronius in Martyrologio Romano ad diem nonā octobris, in princ. & in Annalibus ecclesiasticis, tom. 2. sub anno Christi 109. in vers. 51. incip. Iam verò, & vers. seq. & Illustrissimus D. Cardinalis Robertus Bellarminius, in tomo primo controuersiarum, controuer. 1. lib. 4. c. 7. versic. Dionysius, & vers. seqq. & Iterum, in controuersia 5. lib. 2. c. 5. in vers. Quarto probatur, cum vers. seq.
- 3 † Cum autem cœlestia pariter, & terrena moderetur, disponatque Deus, c. 1. in princ. de reliq. & venerat. Sanctorum, in 6. Ideò, sicut triumphantem illam supernarum varietate rerum decorauit: ita quoque hanc militantem, vt castrorum aciem ordinatam, ad ecclesiasticam inexpugnabilem militiam, ornatissimam esse, voluit. † In qua fides murus esset, temperantia sensum, Ia-nua; patientia, antemurale; fossatum, humilitas; Turris, spes; cu-stos, Prudentia; arma, opera; machina, orationes; victualia, verba sacræ scripturae: & aqua; deuotio. vt ponderat Archidiac. in c. extra 1. q. 1. & refert Michael Aninyon in tract. de vnitate ouilis, & pastoris, in c. 25. num. 8. † Vt verè, pro vtraq; dici posfit Dauidicum illud, Psalm. 40. *Affitit Regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circundata varietate.* Et habetur in c. si Paulus. 32. q. 5. † Quia ecclesia militans, ad exemplar triumphantis est a-dificata. d. cap. 1. in princip. iuncto vers. sic alma mater, clem. Ad nostrum, de hæret. & in c. Ecclesia, de consecrat. dist. 4. Viderat enim Apostolus Ioannes, ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cælo, vt habetur Apocalypsis, cap. 21.
- 7 † Quo fit, vt cū in illa, omnia ordinata sint, vt patet ad Roman. c. 13. & in extrauag. vnam sanctam, in 5. in hac, in vers. nam cum dicat, de maiorit. & obed. ita etiam in hac militante ecclesia, nihil debeat esse inordinatum iuxta textum, in cap. miramur. 61. distinct. & Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 1. in princ. Rodulphus



- 8 de Rito, de Canonum obseruātia, prōpositione prima. † Vnde sicut ibidem, sub vno omnipotenti Deo, varij, ac diuersi sunt sanctorum spirituum ordines; Angelorum videlicet, Archangelorum, & similiū. de quibus agit Bartholomaeus Cassaneus in cathalo-
go gloriae Mundi par. 3. per tot. vt ita cœli enarrant gloriam Dei,
& opera manuum eius, annunciet firmamentum: iuxta Psal. 18.
- 9 † Sic etiā in hac ecclasiastica Hierarchia, ad congruos, laudabiles, necessariosque effectus; varios quoque ecclasiasticos ordines, diuersosque Antistitum gradus, sub vno visibili capite, Romano scilicet Pontifice, salubriter est consequuta, vt expēndit Idem sanctissimus Dionysius, de ecclasiastica Hierarchia, in c. 1. in vers.
illud tamen necessario dicendum, quod tētigit Hostien. in summ.
tit. de ordinat. ab episcopos, nu. 1. Lud. Comes in repeat. c. 1. nu. 19.
de const. in 6. est enim perfecta res publica, (vt ex Aristot. in polit.
constat) ordo ciuitatis, cum aliorum magistratum, tum eius maxime cui tradita est summa rerum omnium potestas, & arbitriū,
vt refert Iac. Simianas, de Republica, lib. 2. c. 1. num. 3. & ex ornat
Cassan. vbi supra, in par. 4. per totam.
- 10 † De hac siquidem congrua ecclasiasticorum munera varie-
tate dicebat Apostolus 1. ad Corinthios; c. 12. *Divisio[n]es min-
istracionum sunt.* Et Paulopost. *Nunquid omnes Apostoli?*
nunquid omnes Prophetae? *nunquid omnes Doctores?* Habetur
in c. cum ex iniuncto, in §. sicut enim, de heret. & facit illud Danielis, cap. 12. *Sta in gradu tuo.* Cum alijs, qua ad hoc aduertit
S. Antonin. in summa. p. 3. in prologo, in §. 3. 4. & 5.
- 11 † Ad hoc enim diuinæ dispensationis prouisio gradus consti-
tuit esse diuersos, atque distinctos: vt dum referentiam minores
potioribus exhiberent, & potiores, minoribus dilectionē impen-
derent; vna concordia fieret ex diuersitate contextio, & recte of-
ficiorum gereretur administratio singulorum; neque enim Uni-
uersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus
eam differentiae ordo seruaret, vt expressis verbis Dionysius Pa-
pa, & Martyr sanctissimus, in Epistola 2. scripserat, ad Seuerium
Episcopum. † Licet hæc verba, ex Gregorij, & Bonifacij auctoritatibus,
referat Gratian. in c. ad hoc. 89. distinct. videndi Cate-
chismus Romanus, in p. 4. c. 9. num. 16. in vers. Quam vero. Cassa-
neus, vbi supra, p. 1. considerat. 77. & Michael Aninyon, de vnit.
Ouilib., & Pastorib., c. 22. num. 12. & seq.
- 12 † Sed, & ante eos hoc idem aperuit ipse Dionysius magnus, vbi
supra, per hæc verba. *Vt scilicet, & ipse Pontifex, pro sua ratia-*

ne substantiae, & captus, atque ordinis, diuinis in rebus perficiatur, atq; in Deitatis consortium transeat, inferioribusque, atque subditis gradibus, cuiq; pro merito indultum sibi diuinitus tradat tanta excellentia munus, per quod ipse participatione euast in Deum. Subiecti quoque, & inferiores: præstantiores sequantur, qui & ipsi, minores in anteriora promoueant, illaque itidem perpetuo successu, ad altiora enitentes, etiam pro vobis alijs, Duces pro viribus siant, perque hanc diuinam profecto, ac dispositissimam congruentiam, singuli pro modo suo, eius, qui vere, & pulcher, & sapiens, & bonus est: euadant participes. Hæc Dionysius magnus, cuius verba, virtualiter allegauit Ioannes 22. in d. extraug. vnam sanctam, in §. in hac, ibi, nam secundum Beatum Dionysium, lex diuinitatis est, infima, per media in suprema reduci.

- 14 † Cùm autem in statu laico, tūm hominum, tūm, & officiorum varietas summè necessaria sit, atq; diuersa conditio: vt probat tex. in l. fin. ff. de nundinis, in illis verbis. *Indiget enim ciuitas pluribus, utique rusticis, & alijs.* † Adeò, quòd sine pauperibus, imperfectam esse ciuitatem obseruarunt Franciscus à Ripa, in tract. legali de peste, in c. 4. de remed. præseruatiuis, num. 183. & 16 Rolan. à Vall. in cons. 80. num. 19. vol. 3. † Pro quibus optime facit Apostolus. 1. ad Corinthios, c. 12. in illis verbis. *Quæ videntur membra corporis infirmiora esse; necessaria sunt.* Et ideo Dominus per Euangelistam Mattheum in c. 27. dicebat, *Semper pauperes habebitis vobiscum:* Quasi inseparabiles perfectioni ciuitatis.
- 17 Sicut enim homo, in corpore multa habet membra; sic respublica habet multa officia, glos. in ver. membra in l. 2. de Apparitoribus. proconsulis, & legati lib. 12. C. † Ex quo Ioannes Montaignus in tract. de auct. magni Consil. nu. 37. dicebat, quòd diuersitas officiorum, statuum, & graduum requiritur in parte laicorum, quæ facit ad perfectionem administrationis alicuius Regni, quem omnino vide, & ibidem Nicolaum Boerium, in add. 19 in verb. *Et ideo diuersitas:* † euidenter colligitur, quod in statu ecclesiastico, ad perfectissimam illius administrationē, hæc graduum diuersitas, statuumq;, & officiorum varietas, summè quoq; fuerit necessaria; & Spiritus sancti ordinatione, constituta, vt ex Cardinali Alexandrino, (quem allegat) tradit Boer. vbi proximè, num. 36. in fin. & seq. & in terminis obseruarunt Ioannes Hugo in tract. de officio quatuor Prælat. in c. fin. Cassian. vbi supra. p. 1. considerat.

6 De vera Quatuor Patriarchalium

- ſiderat. 9. Rodulphus Cupers in tract. de sacroſancta Rom. Eccleſia, (quem edidit per modum Commentarij, ad c. oportebat. 79. diſtinct.) in ſequitur ibi, Ordinaretur, pag. 162. & in ſeq. incep. Ad quem ſenſum. Ludouicus Gomes Conualentinus, in re- pet. c. 1. num. 19. de conſtit. in 6. Frater Paulus Gryſaldus in deciſionibus catholicae fidei, in verb. clericus, num. 2. & Dominus Car- dinalis Gabriel Paleott. de ſacri Consistorij consultationibus, in conculſione operis, in membro 5. in princip. in verſic. ad cuius ſimilitudinem, & in ſ. 2. in verſ. at nos, qui videmus.
20. † Vnde (vt alia prætermittam) Beatus Isidorus in lib. 7. Ethi- mologiarum in c. 12. hæc ſcripſit verba, videlicet, *Ordo Epifcopo- rum, quadripartitus eſt, id est, in Patriarchis, Archiepifcopis, Me- tropolitanis, atq; Epifcopis:* vt & refert Gratian. in c. clerоs, in verſ. ordo. 21 diſt. vt, vel hæc diuifione, inſignem ecclesiasticam Hierarchiam oſtenderet.
21. † Sed tamen, antequam ad ulteriora tranſeam, cogor, hæc Bea- ti Isidori verba expendere; Nam in primis, dum dicit Epifcopa- lem ordinem quadripartitum eſſe; intelligendus eſt, de gra- du Epifcopali, non autem de ordine: quia Epifcopalis ordo vnuſ tantum eſt, vt conſtat ex Anacleto Papa, in Epiftola 3. in c. 3. in verſ. Epifcoporum verò, & explicant Cardinalis Ioannes à Turre Cremata, in d.c. clerоs, num. 14. Iacobus Simancas in paruo libel- lo, de dignitate Epifcoporum. c. 4. & tetigit Marcus Anton. Cuc- chus, in institutionibus maioribus, lib. 2. tit. 6. in princ. & in tit. 7.
22. etiam ante numerum primum. † Præterea, in quantum gradus quatuor coſtituit Epifcopalis ordinis, quod primus sit in Patriar- chis, ſecundus, in Archiepifcopis, tertius, in Metropolitanis, & quartus in Epifcopis, fateor quod à multis ita allegetur, & fine controverſia ſequatur, ſupponentes Archiepifcopum, à Metropo- litano diſferre.
23. † Salua tamen tanti viri auctoritate, quemadmodum ab eo diſceſſit Couarr. in practicis quæſtion. c. 19. num. 2. & Forcatulus, in Necyomantia Iurisperiti, in Dialogo 61. num. 4. tenentes Me- tropolitanum, non à numero Ciuitatum, vt Isidorus dicebat, in d.c. Cleros; ſed à Matrice Ciuitate appellari; quod, & ſensit glos-
24. ibidem in verb. à mensura: † Ita etiam, Ioānes Paulus Lancello- tus, in iuſtituta canonica, lib. 1. tit. de Epifcopis, in princ. & in scho- lo in verb. tripartitus, omiſſa Isidori ſententia, Epifcopalem or- dinem in tres tantum gradus diuifit: In Epifcopos, videlicet, Ar- chiepifcopos, & Patriarchas, apertè innuens Archiepifcopum, & Metropo-

- Metropolitanum eundem esse, quod prius aduertit Rabanus Maurus de institutione. Clericorum lib. 1. c. 5. de ordine tripartito Episcoporum. † Refert etiam Ioan. Vaseus in Chronica Hispaniae, in c. 21. in fin. quod cum antiquitus, tam Episcopi, quam Archiepiscopi promiscuo Episcoporum nomine vocarentur, ad maiorem eorum differentiam additum fuisse ipsis Archiepiscopis nomine Metropolitanorum. Vigilius autem Papa natus Metropolitanorum, sed & Micropolitanorum fecit mentionem, ut maiores, & minores Episcopos significaret, habetur in fine fragmenti condemnationis Theodori, in tomo. 2. epistolae Summi Pontificis p. 2. pag. 612. quod non memini alibi me legisse.
26. † Quod vero Metropolitanus, & Archiepiscopus pro eodem sumatur, satis innuit Ordo Romanus, tit. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur. bonus tex. in c. 1. dist. 99. & expressior, in c. referente. de praeben. ibi, *Ad Metropolitanum, uidelicet Rhenensem Archiepiscopum.* † Natura siquidem illius dictioonis, *Videlicet declaratoria est eiusdemmet rei, & personæ, per tex. in cap. transmissæ. de eo, qui cognovit consanguineam vxoris suæ, ibi, Vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam.* Et tex. in l. *videlicet, n. de pact. & ibi not. marginalis additio, & Ias. in §. personale, legis antecedentis, d. l. videlicet, in num. 2.*
27. † Et in terminis, quod Metropolitanus, & Archiepiscopus idem sint, expresse obseruant, ac docent Bart. in l. vñica. num. 2. de Metropoli Beryto. num. 2. lib. 11. C. Gomes. in repet. c. 1. num. 20. de constit. in 6. Franciscus de Paquin. in tract. de off. & potest, cap. sede vacan. prælud. 6. num. 14. Rabanus Maurus, ubi supra. Petr. Rebuff. in cōcordat. Gallia, in Rubr. de collat. in §. 1. in princ. in glos. verb. Metropolitanana. Petr. Greg. Syntagmatum Iuris, p. 2. lib. 15. c. 11. n. 2. Et Ceremoniale Romanum, in lib. 1. lect. 10. c. 5. Nec obstat, quod Iustinianus contrarium sentiat, in auth. de priuilegiis Archiep. Iustinianæ, in princip. ibi, *non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat;* preferenda est enim in hoc iuris canonici decisio, ex not. in c. 1. de noui oper. nunciat. † Vnde cauendus est Iacob. Cuiatius (licet Valentinus Gallus Iura interpretatus; Diuini oraculi Vates, atque Antistes appellatur a Petro Fabro, li. 2. Semestrium, 30 in cap. 12. in vers. hanc esse) † Dum in Paratitla 2. C. de sacros. Eccles. in nouella 11. tit. de prima Iustiniana, conatur probare Archiepiscopum, & Patriarcham eundem esse; quem sequitur Dionysius Gottifredus, in scholio ad l. decernimus, C. de sacros. Eccles.
31. † Haec enim dignitates licet aliquando in eadem persona concurrant, ad diuersa tamen se extendunt. Vnde Henricus Henriques è societate Iesu, in summ. Theolog. p. 1. lib. 10. c. 29. de Patriarcha. in scholio

- scholio. 2. littera b. Quadruplicem in Romano Antistite dignitatem considerat, vnam, vti particularis Episcopi habentis Romanam, & suam viciniam; Alteram, vti Archiepiscopi habentis in suffraganeos Hostien. Portuen. & alios, qui in Sacro eius Senatu Episcopi Cardinales appellatur; Aliā, vti Patriarchae habētis in suffraganeos, Archiepiscopos Occidentis, & Septentrionis; Et denique, vti vniuersalis Ecclesiæ Præfusilis habentis vniuersalem Orbis Episcopatū. Videndus D. Card. Bellarminius tomo 1. Controuer. 3. lib. 2. c. 12. versic. obseruandum est. Ex quibus constat Archiepiscopatum, à Patriarchatu differre. Hoc etiam sensit Iustinianus, in tit. epistolæ ad Ioan. PP. II. ibi, *Archiepiscopo, & Patriarchæ*, de qua sub. l. inter claras. C. de Sacros. Eccles. nam dictio, Et, inter diuersa ponitur,
- 32 ex notat. in Rub. de iur. & facti ignor. † Cuiatij præterea, & Gotthifredi obseruatio, repugnat Fælicis PP. II. decreto, in c. 12. ibi, *Qui Metropoles tenent Sedes, Archiepiscopi vocentur, & non Primates.* (refert Burchardus lib. 1. Decret. c. 163.) Et epistola 3. Anacleti. in vers. Episcoporum, item epistolæ II. Stephani PP. I. in vers. Nulli enim. Et can. 12. Nicæn. Concil. ex illis 24. quos ex epistola Iulij I. collegit Alphonsus Pisanus in Nicæn. Concil. lib. 3.
33. † Vnde, vt superiores omnes difficultates cautè euitarent grauissimi Patres, ex Concilio Tridentino delecti, in Catechismo Romano, p. 2. de Sacram. Ordinis, nu. 26. non dixerunt Episcopalem, Ordinem Quadripartitum esse; sed, quod gradus Sacerdotij, Quatuor sint, videlicet, simplex Sacerdos, Episcopus, Archiepiscopus, & Patriarcha. Vt sic etiam innuerent Metropolitanum, Archiepiscopum esse; & Archiepiscopum, alium esse à Patriarcha.
34. † Illud verò apud omnes sine controuersia est, Patriarchalem dignitatem (de qua agimus) de præcipuo, & maximo gradu esse.
- 35 Ecclesiasticæ Hierarchiæ, vt infra late ostendo. † Fuit autem ab ipso ortu Ecclesiæ receptum, vsitatumq. Patriarchale nomen, vt aduertit, D. Card. Baron. in Annal. Eccles. tom. 2. Ann. Christi 112. in vers. 2. Incip. leguntur.
36. † Quod, & licuit sumere ex umbra veteris testamēti, & ad ipsā imagine rerū noui testamenti accommodare: vt cōtra Lutheranos (qui hoc nomen nouū, ac portentosum dicunt) probat Paul. Grysalodus, in decisionibus catholica fidei, in verb. Patriarcha, in princip.
37. † Et quia Apostolus 1. ad Corinth. c. 14. dicebat: *si nesciero virutem vocis, ero cui loquar barbarus, & qui loquitur mibi barbarus,* Bonus tex. in Clē, 1. de magistris. in §. 1. vel. sed nec; † Ideo, bene erit, vim, & efficaciam huius nominis Patriarchæ prius explicare, iux. not. in l. 1. ff. si cert. peta.

- 39 † Ignorare siquidem, quid propriè aliqua vox, cuius suscepta est disputatio significet; multa potest absurdâ producere, vt tertigit scholium ad glof. in verb. sacramentum, in c. debitum, de bigamis. † Et ideo, laudanda est, tam iuris canonici, quām cæsarei sollicitudo; vt integrōs titulos proponat, de verborum significatiōne; et insigniū iurisconsultorum, vt eos interpretetur, atque exponat, vt post Verriū Flaccum, & sextum Pompeium festum, inter alios obseruarunt Andreas Alciatus, Pardulphus Prateius, Hieronymus Verrutius, Petrus Rebuffus, & alij multi.
- 40 † Patriarcha igitur, ex propria, & genuina vocabuli significatiōne, summus, vel Princeps patrum interpretatur, vel Ambrosio Calepino Teste, in Dictionario, verb. Patriarcha, cui in hoc, tanquam in arte perito standum est, & fides adhibenda. † adhoc enim illum, & similes allegare, & sequi solent iurisconsulti, vt tradit Felyn. in c. Rodulphus, de rescript. nu. 23. in vers. quod si quispiam. † Sed, & prædictum nomen, ita interpretatus est, ethimologiarū magister Beatus Isidorus, vt habetur, in d. c. cler. 21. dist. & ibi obseruant cōmuniter Doctores, summistæ omnes, in verb. Patriarcha, Gysaldus, ybi supra, & Ioannes Paulus Lancellot. in d. instituta canonica lib. 1. tit. de Episcopis, in §. appellantur.
- 41 † Posset etiam tentari, quod Patriarcha dicatur, quasi patriarū mundi Archarius, præfectusq; moderator; ad Archam ecclesiæ, eiusq; Thesauri custodiam post summum Rom. Pont. deputatus, arg. glossi. in Rubr. & in l. fin. de susceptoribus, alias desuper exacto-ribus præpositis, & Archarijs lib. 10. C. & Brusonij, quem allegat Hieronymus Verrutiū, in lexicon iuris, in verb. Archa Fiscalis, 45 in versic. inde Archarij. † Et facit, quod in lege veteri Thesaurus domus Domini, quatuor leuitis creditus erat, 1. Paralipomenon, capit. 9. quatuorque sint in ecclesiâ precipui Patriarchæ, quibus res maximæ demandatae sunt, insignesque commissæ Prouinciae, vt infra videbimus. Ultraquod in lege euange-lica, quatuor Euangelistarum si- gificationem retinent, vt etiam multorum au- toritate infra patebit.



Caput Secundum.

De auctoritate Glossæ, & de communi Doctorum sententia,
quod Quatuor sint veræ, ac præcipuæ in orbe Patriar-
chales sedes, Constantinopolitana, Alexandri-
na, Antiochena, & Hierosolymitana.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstio debet esse de casu dubitabili.
- 2 Glossa in multis locis docuit, præcipuos Patriarchas, quatuor esse.
Sequuta à multis D.D. ibidem, nu. 8. & seq.
- 3 Glossæ auctoritas maior qualibet alia Doctoreæ.
appellatur idolum scholiarium, num. 4. & nauis, in qua perpe-
lagus iuris nauigamus, & ad portum veritatis ducimur, nu. 5.
& nullus testis melior illa, num. 7.
- 6 Glossæ opinio communem facit; sequuta à duobus Doctoribus.
- 8 Patriarchales sedes præcipuas, ac veras quatuor esse: qui docue-
rint? & num. seq.
- 9 Henricus Hostiensis Cardinalis profundissimus Canonista, ac
lumen iuris vocatur.
- 10 Pallium à quatuor Patriarchis conceditur.
- 11 Gulielmus Durandus speculum iuris, anno 34. edidit.
eius sententia de quatuor Patriarchalibus. num. 12.
- 13 Io. Andreas Tuba, & Fons iuris canonici.
- 14 Abbas antiquus, alias à Panormitano.
- 15 Patriarchæ quatuor in ecclesia, velut quatuor Praefecti praeto-
rio principales in Imperio.
- 16 Aluarus Pelagius grauissimus, & doctissimus.
eius sententia de quatuor Patriarchalibus. num. 17.
- 18 Patriarchæ quatuor representant quatuor Euangelistas.
Patriarcharum nomen propriè tantum est quatuor, Constanti-
nopolitani, Alexandrini, Antiocheni, & Hierosolimitani, ibi-
dem, & num. seq.
- 19 Archiepiscopi salernitani sententia de quatuor Patriarchalibus.
- 20 Ramundi Ruffi sententia de quatuor Patriarchalibus.
- 21 Andreæ Gammarii sententia de quatuor Patriarchalibus.
- 22 Antonij Augustini sententia de quatuor Patriarchalibus.
- 23 Doctor intelligendus est, secundum iura, quæ allegat.

- 24 Patriarchales sedes dicuntur quinque, computando Romanam.
& num. seq.
- 26 Petrus Gregorius computando Romanum, dixit quatuor tan-tum Patriarchas, allegans iura contra se.
- 27 Allegantur multi Doctores, pro quatuor veris Patriarchis.
- 28 Dubia res non dicitur, ubi de communi constat.
- 29 Iudicium plurimorum, integrum.
- 30 Geminatio actuum, animi deliberationem ostendit.
- 31 Ioannes Montaignus lapsus est, dicens Grandensem Patriar-cham unum esse, ex quatuor principalibus.
Albericus de Rosate fallitur circa Grandensem Patriarchatum,
dicens, unum esse ex quatuor principalibus, ibidem.
- 32 Aquileiensis primatia occasione cuiusdam schismatis originem
habuit.
- 33 Aquileiensis diuisa in Grandensem, utraq; desolata remansit.
- 34 Grandense Patriarchatu extincto, erectus est Patriarchatus
Venetiarum.
- 35 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
Cardinalis Alexadrinus expressè dixit, verè esse quatuor Pa-triarchas in ecclesia, ibidem.

- I**mprimis autem aduertendum duxi, quod adeo
vulgaris, recepta, communisque est iurisconsul-
torum sententia, quod quatuor sint in vniuerso
orbe præcipuae, veræque post Romanam Eccle-siam Patriarchales sedes, Constantinopolitana
videlicet, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana; ut quodammodo pudeat, hoc in controuersiam voca-re, cum quæstio debeat esse de casu dubitabili, iuxta textum, in l.
- 2 quod labeo, & ibi notatur, ff. de Carboniano edicto. † Glossa si-quidem juris canonici, hoc expresse obseruauit, ac docuit pluri-bus quidem, ac geminatis vicibus, ut patet in casus positione, in c. antiqua, de priuilegijs, gl. verb. Patriarchis, in c. clericos. 21. dist. glos. verb. superioù, & in verb. christianis, & in verb. quantacun-que, in clem. in plerisq; de electione, glos. in verb. de iure, in c. i. vt lite pendente, & alibi sèpè.
- 3 † Est autem in iure nostro, tanta glossæ auctoritas, ut maior di-catur, quacunque alia doctorea, ut expresse obseruauit Baptista de Sancto Blasio, in repetit. Rub. Decreti, nu. 24. Andreas ab exea in repet. c. i. num. 96. de constitutio. Iacobus Nouellus, in sua Re-

12. *De Vera Quatuor Patriarchalium*

gula 7. incip. Glossæ opinio, & Franciscus Viuius, lib. 2. suarum
 4 communium, opinione 135. incip. glossæ opinio. † Vnde idolum
 scholarium dicitur, vt post Cynum refert Nicolaus Euerardus,
 3 in locis legalibus, in loco à contrario sensu, num. 42. † appellatur
 etiam nauis, in qua, per vastum pelagus iuris nauigando, duci-
 mur in portum claræ veritatis, vt post Salycetum dixit Thomas
 Ferretus, in cautela 17. nu. 3. & Franciscus Ripa, in responso 18.
 6 num. 18. in tit. de obligationibus. † Quinimo Iacobus Nouellus,
 & Franciscus Viuius, vbi supra obseruarunt, quod sola glossæ opini-
 o constituat communem opinionem, quod communis schola
 recepit, quando glossam sequuntur duo famosi iurisconsulti, vt
 obseruat Iason in l. vt vim. num. 34. ff. de iustitia, & iure, Ripa
 in d. Responso 18. num. 17. Ferretus, in d. cautela 17. nu. 2. Catte-
 lianus Cotta in memorabili incip. Opinio cōmuni in iudicādo.
 dicens, ita in factō seruasse Senatum Mediolanensem, videndi pre-
 terea Maria Corrasius, in tract. de communi opinione p. 1. tit. Qui
 numerus, & auctoritas Doctorum faciat communem opinionem,
 nu. 1. & seq. Iosephus Mascardus, de probationibus, conclus. 842.
 num. 2. volu. 2. & con valentinus Petrus Belluga, in speculo Prin-
 cipum, Rubrica 11. in §. visum est, num. 1. vers. & in dubio, & Ca-
 millus Borellus ad eū, in additione in littera B. in verb. opinionē
 7 glossæ. † Ut ita optimè, post Curtium dixerit Rolandus à Valle,
 in cons. 73. num. 14. volum. 3. Quod non potest haberi testis me-
 lior, quam glossa ordinaria in iure.
 8 † Modo autem supradictam glossæ sententiam circa quatuor
 præcipuas, ac veras Patriarchales sedes; plures, quam duo vi-
 ri grauissimi sequuntur, vt statim oculata fide constabit: vnde col-
 9 ligitur, quod illa sit communis opinio. † In primis enim, magnus
 ille Henrichus Hostiensis, (qui lumen iuris, & profundissimus
 canonista appellatur, vt referunt Euerardus, in loco ab auctorita-
 ritate, num. 18. vers. 2. & Cotta, in memorabili de iuris peritis, in
 10 vers. hos subsequuti) † in summa de Auctoritate, & vsu pallij,
 num. 4. quærens, à quo concedendum sit pallium? respondit in
 hunc modum: à quatuor Patriarchis principalibus.
 11. † Gulielmus præterea Mimatensis Episcopus vir doctissimus,
 & omnium testimonio venerandus, in suo speculo iuris, (quod
 anno ætatis sua trigesimoquarto edidit, vt ipse fatetur ibidem,
 12 lib. 2. p. 2. tit. de appellationibus, §. 7. num. 4) † In lib. 1. p. 1. tit. de
 dispensationibus, in §. 8. incip. sunt quoque, nu. 1. & 2. hæc scri-
 psit verba videlicet. Propriè tamen, quatuor principales Patriar-
 chæ

- , chæ vocantur, scilicet, Constantinopolitanus, Alexandrinus,
, Antiochenus, Hierosolymitanus. quod, & repetit, in rationali
diuinorum officiorum, lib. 2. c. 1. de ministris, & ordinib[us] eccl[esiasticis], num. 18.
- 13 † Hunc sequutus est expressè Ioan. Andr. in c. non debet, nu. 9.
de consanguinit. & affinitate, qui tuba, & fons iuris canonici ap-
pellatur à Bald. quem refert Cott. in memorabili de iuris peritis,
in vers. tempora verò sua.
- 14 † Abbas præterea ille, ad differentiam Panormitani dictus an-
tiquus; vir in itre nostro celebris, in d. c. antiqua, de priuilegijs,
(liceat mihi, modo hunc in loco proprio allegare) ita habet.
, Habes hic, quæ sunt priuilegia quatuor Patriarcharū principaliū.
- 15 † Odofredus quoq[ue]; Beneuentanus magnus in iure ciuili, & an-
tiquus doctor, in Rubr. C. de Iustinianocod. confirmādo, nu. 2. hoc
idem profitetur, dicens, quod sicut olim Imperator habebat qua-
tuor Praefectos prætorio principales: ita ecclesia Romana habet
quatuor sedes principales, ut sunt quatuor Patriarchatus.
- 16 † Aluarus etiam Pelagius (quem virum grauissimum, ac doctū
appellat Hieronymus Plato, in tract. de bono statu religiosi, lib. 2.
17 cap. 20. in vers. cum igitur.) † in tract. de planctu ecclesiæ, lib. 2.
, art. 11. & art. 17. ita habet. Sunt autem in ecclesia Dei quatuor
, principales Patriarchatus, post Romanū Patriarchatum; scilicet,
, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosoly-
mitanus.
- 18 † Gulielmus Redoanus Nebiensis Episcopus, in tract. de Simo-
, nia mentali, p. 1. c. 16. nu. 2. ita habet. Quia in toto mundo qua-
, tuor tantummodo sunt principales Patriarchæ, ad denotationem
, quatuor Euangelistarum Christi. d. c. antiqua, de priuilegijs, quo-
, rum primus est Constantinopolitanus; secundus, Alexandrinus;
, tertius, Antiochenus; quartus est Hierosolymitanus.
- 19 † Marcus Antonius Marsilius Archiepiscopus Salernitanus, in
tract. de eccl[esiasticis] redditibus, p. 1. c. 11. nu. 16. de ijs præcipuis
, Patriarchis agens, hæc scripsit verba. In quatuor sanè tantum
, orbis partibus constituti reperiuntur, à quibus nomen accepere
, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosoly-
mitanus.
- 20 † Ramundus Ruffus, in libro in Molinæum pro Pontifice Ma-
, ximo, sub num. 14. pag. 75. ita habet. Tamen Patriarcharum no-
, men per antonomasiam, quatuor illorum est, qui omnium sunt
, maximi: sunt autem ij, Constantinopolitanus, Alexandrinus, An-
tiochenus,

- , tiochenus, & Hierosolymitanus. quod, & repetit sub num. 20.
pag. 230. in vers. at docet, & sub nu. 25. pag. 276. in vers. Quo circa,
& in pag. 283. in princip. & sub num. 8. pag. 19. in versic. sunt enim
quatuor.
- 21 † Andreas Gammarus hoc idem testatur, in repet. extraag.
Iulij Secundi, de Simoniaca Papæ electione, num. 171. & in tract.
de auctoritate legati de latere, lib. 2. tit. de varijs ordinariorum
nominibus, num. 13. & seq.
- 22 † Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarragonensis, in epi-
tome veteris iuris Pontificij, p. 1. lib. 2. tit. 2. 3. 4. 5. & 6. licet
23 non dicat præcipios Patriarchas, virtualiter tamen satetur, † Vt
Doctoris dictum intelligatur secundum iura, quæ allegat. iuxta
Doctrinā Bart. in l. non solum, §. si liberationis, nu. 7. ff. de liberat.
legat. Iasonis, in l. si quis in conscribendo, nu. 18. vers. tu aduertere,
C. de pact. & Francisci Niconitij, in repet. capit. quoniam contra.
p. 1. num. 331. de probat.
- 24 † Consonat etiam Didacus Couaruuias, in lib. 4. resolut. c. 14.
, num. 13. cuius summarium, ita habet: De quatuor Patriarcharū
, sedibus. Vbi computata Romana, quinque dicit esse in orbe Pa-
25 triarchales sedes. † Vt, & Metrophanes, Metropolita Smyrnae,
in octaua generali Synodo, sub Adriano Secundo aduerterat etiā,
, per hæc notabilia verba. Dominus, & Deus noster, qui dixit, sicut
, luminaria in firmamento cœli, ad illuminationem terræ, (Vbi
, Paulopost, ita addit) & posuit ea in firmamento cœli, & tanquam
quædam magna luminaria, videlicet, quinque Patriarchalia ca-
, pita in illuminationem totius terræ. Hæc Metrophanes. quem
allegat Antonius Augustinus, vbi supra, dicto tit. 2. in capit. 13.
& sic etiam, quinque computant omnes, vt tetigit Lelius Zec-
chus, de Rom. 13. Pontifice, tit. hæreses, hæresi 3. argum. 17. &
19. & in solutione ad illa, & Petrus Gregorius Syntagmatum,
- 26 iuris, par. lib. 15. cap. 2. num. 11. & seq. † Licet (quod est mi-
randum) ipse idē Gregorius postea in institutionibus, seu in tract.
de beneficijs, in c. 10. nu. 4. Scripserit, quatuor tantum esse Patriar-
chatus, computato Romano, omittens Hierosolymitanum; quod
tamen est contra iura, quæ ipsem allegat.
- 27 † Denique, quatuor supradictos Patriarchatus post Romanum,
indistinctè omnes confitentur. Io. Paul. Lancellott. in instituta ca-
nonica, lib. 1. tit. de Episcopis, in §. Patriarchæ, Cuchus, in insti-
tutionibus maioribus, lib. 2. tit. 7. nu. 2. Ioannes Bertachinus, de
Episcopis consummatissimis, in præludio, nu. 5. Marcus Mantua,

in tract. de Concilio, num. 76. Hieronymus Gigas, in tract. de residentia Episcoporum in cap. 18. seu final. num. 8. Ioann. Selua, in tract. de benefic. p. 1. q. 2. num. 40. Calixtus Amadæus, ad Abb. in c. 1. in princ. verb. Patriarcha, de translatione Episcopi, Ioannes Monach. in c. fundamenta, num. 6. & ibi Archid. nu. 8. de elect. in 6. Cardinalis Zarabella in clem. in plerisque, de elect. q. 8. nu. 9. Augustinus Berous, in c. 1. num. 2. de Iudicijs, Sanctus Antoninus, in Summa, p. 3. tit. 20. cap. 4. in princ. Cassanæus, in catalogo gloriæ mundi, p. 4. consider. 9. Ludouicus Gomes, in cap. cum in multis, nu. 92. de rescript. in 6. Paulus Orianus, in repet. l. 1. num. 23. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, Gaspar Valascus, in repet. l. Imperium, num. 100. ff. de iurisd. omn. iud. Petrus Rebuffus, in repet. c. cum super. in princ. notab. 1. de causa possess. & propriet. idem in concordatis Galliae, in Rubr. de collationibus, in §. si quis verò, in verb. Patriarchalis, Rodulphus Cupers, de sacro sanct. ecclæsia, ad c. oportebat. 79. distinct. in §. ad quem sensum, nu. 16. & in §. patet, num. 2. Lancellott. Corradus, in templo omnium iudicium, lib. 2. c. 2. §. 3. num. 2. & in c. 3. num. 4. Sebastianus Medices, in tract. de legibus, & statutis, p. 1. q. 12. nu. 1. Lelius Zechus, in tract. de sacram. ordinis, in cap. 1. vers. octaua præpositio, in fi. Dominus Flaminius Parisius, de beneficiorum resignatione, lib. 2. q. 1. nu. 4r. Dominus Anastasius Germonius, in tract. de sacrorum immunitatibus, in lib. 3. c. 1. nu. 1. cuius hæc sunt verba. Patriarchæ apud nos, quatuor principales enumerantur; Constantinopolitanus scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus.

Ex quibus omnibus evidenter appareat communè, receptamq; esse iurisconsultorum sententiam, quod post Romanam ecclesiam, quatuor illæ sint veræ, ac præcipuae Patriarchales sedes; neque de hoc esse amplius dubitandum. ¶ Quia, ut ex testimonio Iacobi Puttæi aduertit Dñs Cardinalis Paleottus, de sacri Cōsistorij consultationibus, p. 4. q. 4. in versic. & tandem; res amplius dubia dici non solet, vbi communis extat Doctorum opinio. ¶ Integrum si quidem iudicium est, quod plurimorum sententijs comprobatur, l. fin. §. lex etenim, C. de fideicom. c. prudentiam, vers. illa quippe, de offic. deleg. facit Prouerbiorum, c. 11. & in foris Valentinis, 30 p. 2. in extrauag. tit. prouisio super fideiußione præstanta, in c. 3. 30 ¶ Maximè, cum glossa, & multi ex supra allegatis; repetitis, ac germinatis vicibus, ita obseruauerint, ac docuerint; ex eo enim maiorem animi deliberationem ostendunt, arg. l. fin. C. ad legem Falcidjam, cum alijs traditis à Felyn. in c. fin. num. 1. de offic. deleg. & in

- in c. nonnulli, num. 14. vers. pro ista fallentia, de rescript. Brunorio
et Sole, in consil. vnico criminali, num. 11. Domino Flaminio Par-
sio, vbi supra, lib. 11. in præfa. num. 16. Et tetigi, in Flosculo de cle-
ricorum excellentijs, p. 2. num. 146. in vers. neque enim.
- 31 † Ut sic manifestè appareat lapsos fuisse Ioannem Montaignum,
in tract. de auct. magni Consilij, in nu. 50. & Albericum de Rosate,
in Rubr. ff. de statu hominum, num. 11. in vers. in Ystria, afferentes
Patriarcham Grandensem unum esse, ex quatuor præcipuis orbis
Patriarchis. Quos ultra. l. 12. tit. 5. partita prima, & ibi Gregorium
Lopez, in glos. verb. *Que se llaman Patriarchas.* expresse re-
prehendit Gulielmus Reodoanus, in tract. de simon. mentali,
cap. 16. num. 5. & 6.
- 32 † Quinimo, cum Aquileiensis primatia (quæ occasione cuiusdā
schismatis esse coepit, vt aduertit Illustrissimus Cardinalis Baro-
nius, in annalibus ecclesiasticis, tomo 7. sub anno Christi 570. in
33 versic. quod verò, pag. 533.) † Diuisa fuisse in Grandensem, hæc
quoq; quasi quodam schismate perijt, argum. l. nihil tam natura-
le, ff. de reg. iur. & cap. 1. extra eodem, sicq; ambæ desolatae reman-
serunt, vt testatur Dominicus Iacobatus Cardinalis, in tract. de
Concilio lib. 1. artic. 1. num. 259.
- 34 † Vnde Grādense illo Patriarchatu per Nicolaum Pontificem
Quintum extincto, eius loco electus est Patriarchatus Venetiarum:
vt ex nostris refert Hieronymus Gigas, in tract. de residen-
35 tia Episcoporum, in cap. 18. num. 12. † Cum verò nunc Venetiarum
Antistes vtcunque ornatussum, nec sit, nec dicatur unus ex
quatuor præcipius Patriarchis; sequitur, quod nec ille Granden-
sis, tunc erat ex hoc quaternario numero: quia subrogatum, na-
turam sapit eius, in cuius locum subrogatur, s. fuerat, instituta, de
actionibus, cum similibus, licet Lelius Zecchus, de Republica ec-
clesiastica tit. de statu Patriarcharum, num. 2. contrarium teneat.
- 36 † Veri namq;, ac præcipui vniuersi orbis Patriarchæ, post Rom.
Pontificem, supradicti illi tantum sunt, Constantinopolitanus sci-
licet, Alexandrinus, Antiochenus, ac Hierosolymitanus, vt com-
munis, ac recepta iurisconsultorum schola fatetur, vt dixi. Qui-
bus adde Cardinalem Alexandrinum, vulgo præpositum Medio-
lanensem, in c. diffinimus, (quod est finale) 22. distinct. vbi expresse
vocat illos præcipios, ac veros Patriarchas in ecclesia Dei.

Caput Tertium.

De Ratione, & causa Patriarchalis sedis, & de duabus rationibus dubitandi, contra verum Constantinopolitanæ, ac Hierosolymitanæ Patriarchatum, & de occasione præsentis operis.

S V M M A R I V M.

- 1 Occasio huius tractatus, & num. 2.
- 3 Disputatio suscipienda est, ut nescientibus fiat cognita, & scientibus; non onerosa.
- 4 Auctor libri tempus seruare debet, ut aliqua prætermittat dicenda.
- 5 Patriarchæ tres tantum dicuntur secundum S. Isidorum.
- 6 Petri Apostoli sedes sunt Antiochena, Romana, Alexandrina.
- 7 Sanctorum dicta relata à Gratiano, allegantur ad decisionem causarum.
- 8 Nicolaus primus ad Bulgaros Responsum dedit, quod veraciter tres tantum essent Patriarchales sedes.
- 9 Causa finalis fons causarum est.
- 10 Causa cessante, cessat eius dispositio.
- 11 Patriarchæ in quibus locis ponendi? & num. seqq.
- 12 Patriarchalis sedes non requirit præsentiam Petri Apostoli, sed eius decretum, vel successoris in Pontificatu.
Quod ex multorum Pontificum decretis probatur. ex num. 12.
usque ad nu. 19. & num. 22. & 24.
- 20 Verba debent aliquid operari.
- 21 Patriarchalis sedis ratio etiam ex magnitudine, & nobilitate
Vrbium, sumpta.
- 25 Animata Bibliotheca. Adagium.
- 26 Quæ Ecclesiæ fuerunt dictæ Apostolica?
- 27 Ecclesiæ Apostolis contingentes ad prædicationem Euangeli; remissiue.
- 28 Pauli Borgasij opinio rejicitur.
Hierosolymitana pertinuit ad Iacobum fratrem Domini. ibid.
- 29 Hierosolymitana appellata Apostolica. & num. 35.
- 30 Cathedra Beati Marci Alexandriæ veneranda, & cathedra
Beati Iacobi Hierosolymis celebris.
- 31 Episcopi Throni dicuntur.
- 32 Throni Apostolici orientis dicuntur Antiochenus, Alexandri-

- nus, & Hierosolymitanus.
- 33 Pratum spirituale quare dicatur Sophronij? cum fuerit Ioannis Moschi Euirati?
- 34 Pratum spirituale Sophronij allegatur à Nicæna Synodo.
- 36 Compostellanam ecclesiam vocat Apostolicam Turpinus Rhenensis Archiepiscopus, propter Beatum Iacobum Apostolum filium Zebedei.
- 37 Ephesina Ecclesia Apostolica dicta, ob Apostolum Ioannem.
- 38 Iacobus, & Ioannes Apostoli quomodo sint in terris dexteram, & sinistram consequuti à Domino.
- 39 Ioannis Turpini Archiepiscopi Rhenensis insignis locus, de Ecclesia Romana, Ephesina, & Compostellana.
- 40 Compostellana Ecclesia nunquam fuit dicta Patriarchalis.
- 41 Ephesinus Antistes, licet ante Metropolitanos federet, non est tamen dictus Patriarcha.
- 42 Ius idem seruandum, in quibus eadem ratio est.
- 43 S.Petrus non sed sit Alexandriæ, personaliter.
- 44 Per se, vel per alium facere, realiter non est idem, sed fictione iuris.
- 45 Propter unum quodque tale, & illud magis.
- 46 Alexandrina prælata Antiochenæ in ordine Patriarchali, & quare?
- 47 Euodius insignis martyr fuit primus Antistes Antiochæ relietus, post Apostolum Petrum.
- 48 Accessorium naturam sequitur principalis.
- 49 S.Petrus quod federit Alexandriæ, sensit Nicephorus Calixtus. Contrarium communiter tenetur, num. 52. & seq.
- 50 Nicephorus Calixtus aliquando parum sibi constans.
- 51 Dicitio (fortè) non est affirmativa, sed dubitativa.
- 53 Cathedrae Alexandrinae non est officium ecclesiasticum institutum, sicut fuit de Antiochenæ.
- 54 Papa in casibus jurispositiui extra, & contra ius potest statuere.
- 55 Papa potest quadratum, de rotundis facere.
- 56 Par, in parem non habet Imperium.
Papa non ligat successeorem, ibidem.

Sed tamen, quantumvis nulli parua videri debeant tectorum hominum testimonia, iuxta c. legimus, in §. quod quidem. 93. distinct. nihilominus theologo cuidam, his præteritis annis, in patrio solo concionanti, visum fuit (falcem mittendo in alie-

alienam messem) prædictas Quatuor veras, ac proprias ultra Romanam, Patriarchales Sedes diuidere, ac separare, tam publicè, quam priuatim contendens, tres tantum esse propriè Patriarchales Sedes, Romanam scilicet, Antiochenam, & Alexandrinam, addes, fuisse hoc speciale Petri Apostoli priuilegium, quod solæ illæ tres Ecclesiæ, quæ ipsius specialiter esse, ab omnibus (vt statim aduentu) habentur, verè, ac propriè essent Patriarchales Sedes, & non alia. Cum vero per aliquot studiosos, quid in re magis Canonica, quam Theologica sentirem, interpellarer, laudaui in primis principalem hominis intentionem, addidi tamen, quod verè, & in effectu talis opinio non erat sacris canonibus conformis, sed ipsis posterioribus saltem (quæ sunt attendenda) Ecclesiæ decretis, contraria. ¶ Prorrupit autem ille nedum in me, ac responsum meum acribus verbis, sed & oblitus antiqui Adagij, Ne futor ultra crepidam, ausus fuit, in hoc iuris articulo grauissimos à me allegatos Iurisconsultos (ne dicam Canonica decreta) despicere, ac reprehendere. Quo factum est, vt quāuis pro se allegauerit virum (vt omnibus constat) grauissimum, & tam doctrina, quam dignitate, Illustrissimum, videlicet D. Card. Bellarminum, de Controuersijs Christianæ fidei, tomo 1. controuersia 3. de Summo Pontif. lib. 1. c. 24. maxime, ibi, Vera igitur, & sola causa illius numeri Patriarchalium Sedium est dignitas Petri. & in lib. 2. c. 12. in 4. Respons. ad Caluinum. incip. Respondeo ordinem, & numerum Patriarchalium sedium: coactus nihilominus fuerim (Seruata tamen in omnibus prædicti D. Card. honorificentia, iuxta ea, quæ ex admonito S. August. habentur in cap. neque quorumlibet disputationes. 9. dñst.) & me, & iurisconsultos nostros defendere, arg. notat. in l. diffamari. C. de ingenuis. ostēdereq. rationem formalem Patriarcalis Sedis non confistere in sola personali Petri prerogatiua, & sic aperte deducere, & Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam vere, ac propriè in essentia Patriarchali Alexandrinæ, & Antiochenæ æquiparari, nec Petri dignitatem minuere, immo & ipsius, & Ecclesiæ Romanæ, Summiq. Pōtificis amplitudinem, & excellentiam multis, ac nouis (vt infra patebit) considerationibus demonstrare, & insignem illarum Quatuor in Ecclesiastica hierarchia perpetuo recolendam significationem commendare. ¶ Ex quibus (Deo adiuuante) patebit, quod præsens hæc suscepta disputatio non omnino de casu indubitabili fuerit, sed talis, quod ita nescientibus fiat cognita, quod

ta , quod scientibus non sit onerosa , vt in simili dicebat Magnus
 Gregorius . Et denique constabit , quod non sit occasione duntaxat
 opus improbitati , vt alias habet Adagium , sed pietati potius , ac
 religioni . Laudabilia siquidem multa per occasionem facta fuisse ,
 notorie constat . Quod (vt alia prætermittam) circa redigenda
 in scriptis sacrosancta Dei Euangelia obseruauit idem D . Cardin .
 Bellarminius , dict . to . 1 . controv ersia pri . lib . 4 . Vers . Secundo pro-
 batur , cum vers . seqq . vbi hæc verba scripsit , videlicet , itaq . nisi
 „ Ebionis hæresis extitisset , Ioannis Euangeliū fortasse non habere-
 „ mus , quemadmodum nec alia tria , nisi prædictæ occasiones (quas
 4 ex Eusebio ibi retulit) oblatæ fuissent . † Verum quia sribentes
 ratione temporis aliqua prætermittere debent , ex Chassaneo , in
 Catalogo gloriæ mundi p . 5 . confid . 17 . vers . ex quibus : ideo mul-
 ta consulte prætermittens , ad Baldi doctrinam accedens , in l . pre-
 cibus . nu . 33 . C . de impuber . quod ferro viam aperit , qui per con-
 traria argumenta transit ; duo tantum , quæ pro maiore ratione
 dubitandi contra nostram sententiam , & in fauorem aduersæ par-
 tis (licet ab ea pro se non adducta) maxime vrgentia proponam
 iuridica argumenta , quibus dum fuerit satisfactum , reliqua sine
 5 dubio non obstabunt . † Primum ergo argumentum sit , ex S . Isido-
 ro , de quo Gratian . in cap . cler . 21 . distin . vbi secundum corre-
 ctiorum lectruram , vt ibidem aduertunt emendatores Decreti , ita
 habetur . *Patriarcha summus patrum interpretatur , quia primum ,*
idest Apostolicum locum retinet , & ideo , quia summo honore fun-
gitur , tali nomi ne censetur , sicut Romanus , Antiochenus , Alexan-
dinus . Ex quibus verbis , & exemplis à Beato Isidoro propositis ,
apertissimè infertur , Constantinopolitanam Ecclesiam , & Hiero-
solymitanam non esse Patriarchales Sedes ; quia illæ , nunquam
funt habitæ propriæ sedes Petri , quod est (secundum eundem) ne-
cessarium requisitum , ad Patriarchalem sedem constituendam ,
 6 *Receptum † siquidem apud omnes est , tantummodo Romanam .*
Antiochenam , & Alexandrinam appellatas , & habitas fuisse Apo-
stoli Petri Sedes ; ex Epistola 3 . Anacleti , in c . sacrosancta , 22 . dist .
ex Epist . 37 . Gregorij , ad Eulogium , in lib . 6 . ex decreto Gelasij ,
in p . 1 . quam exornat Couarr . in lib . 4 . resolut . c . 14 . nu . 13 . in vers .
secunda autem sedes , & tetigit illustriss . D . Card . Baronius , in An-
nal . Eccles . tom . 2 . sub anno Christi 112 . in vers . 3 . incip . hæc eadem .
 7 *† Augetur autem vis argumenti , ex eo , quod dicta sanctorum al-*
 legata

legata à Gratiano in dicto Decreto, possint ad decisionem causarum, uti authentica allegari, ut in repetit. Rubricæ Decreti obseruant inter alios, Baptista de S. Blasio, num. 10. & Thomas Cananus, num. 621. & seq.

8. Alterum † verò pro contraria opinione fundamentum, & argumentum fortissimum propono, ex Nicolao I. ad consulta Bulgarorum, Responso 92. cuius hæc sunt verba. *Desideratis nosse, quod sint veraciter Patriarchæ? veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui Sedes Apostolicas, per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt Ecclesiæ, quas Apostoli instituisse probantur. Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Princeps Apostolorum, Petrus, ac Paulus, & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore fuso proprio sanguine sacrauerunt. Alexandrinam, quæ Euangeliſta Marcus, discipulus, & de Baptismate Petri filius, à Petro missus instituit, & Domino Christo, cruce dicauit: Antiochenam, in qua conuentu magno sanctorum factæ, primum fideles dicti sunt Christiani, & quam Beatus Petrus, priusquam Romanam veniret, per annos aliquot gubernauit. Constantinopolitanus autem, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tanta tamen auctoritatis, quantæ superiores existunt: nam Constantinopolitanam Ecclesiam, nec Apostolorum quisquam instituit, nec Nicena Synodus, quæ cunctis Synodis celebrior, & venerabilior est; eius mentionem aliquam fecit. Sed solum, quia Constantinopolis noua Roma dicta est, fauore Principum potius, quam ratione; Patriarcha eius Pontifex appellatus est. Hierosolymitanus autem Praeful, licet ipse Patriarcha dicatur, & secundum antiquam consuetudinem, ac Nicenam Synodus honorandus sit; salua tamen Metropoli dignitate. Hæc Nicolaus Papa, aperte docens præcipuas sedes Patriarchales veraciter illas tres tantum esse, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, omissa Constantinopolitana, & Hierosolymitanam; quod Concionator ille (sed alia vt dixi auctoritate) prædicauit.*
9. His † tamen non obstantibus, à superiori communi iurisconsultorum sententia, & obseruatione non est recedendum, afferendumque est, nunc, post Romanam Ecclesiam, Quatuor esse præcipuas, & veras Patriarchales Sedes, Constantinopolitanam scilicet, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam. Ut autem id

eui-

- evidenter appareat, ab ipsa ratione formalis, & finali causa Patriarchalis Sedis exordiendum existimo: hæc enim fons omnium causarum appellatur ab Illustr. D. Card. Francisco Mantica, de coniect.
10. vltimar. volun. lib. 6. tit. 14. num. 7. † Vnde, si ratio formalis, & finalis causa veræ, & præcipuae Patriarchalis Sedis consistat ex sola presentia Petri in illa; apertissima illatio erit, quod, & ea Patriarchalis Sedes non erit, in qua ipse non federit. Causa siquidem, & ratione unica, & certa alicuius rei cessante, ipsius quoque dispositio necessario cessat, cap. cum cessante, de appellat. Petr. Rebuff. in tract. de nomination. q. 5. num. 22. & Tiraquellus, de cessante causa, num. 130. & seq.
11. Quod † autem Sanctissimi Romani Pontifices ante ipsum Nicolaum I. alias etiam assignauerint causas, & rationes ad erigendam Patriarchalem Sedem, quam ipsam Petri præsentiam: occultata fide constat. † Sanctissimus enim Clemens I. in Epist. 1. ad Iacobum Fratrem Domini ita scripsit. *In illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legi doctores erant; Episcoporum Primates ponuntur, vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit.* Habentur in cap. in illis, 80. dist. Ex quibus verbis liquet aperte, rationem Patriarchalis Sedis unicam, & formalem non esse illam, quia ibi Petrus Apostolus federit; sed potius illam videlicet, quia ipse, ut Summus Ecclesiæ Pontifex
13. ita decreuerit, atque voluerit. † Vnde patet, non fuisse illud personale Petri priuilegium, sed ad successores suos, in quibus etiam ipse nunc sedet, ut ex Eulogio refert Magnus Gregor. lib. 6. Regest. epist. 37. in cip. Suauissima) iure Pontificatus peruenisse. † Anacletus etiam Epist. 2. ad Episcopos Italie, in versic.
- Porro. ad erigendam Patriarchalem Sedem nullam fecit de Petro mentionem, & refert Gratian. in cap. prouincia. 99. dist. † Idem etiam Anacletus, iterum hoc insinuat, in epistol. 3. vers. Episcoporum. † Anicetus quoque in epistola unica, hoc ipsum docuit, per hæc verba, *Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primate esse constituerunt.* & habetur in cap. nulli. 99. dist. † Stephanus quoque I. per eadem fere verba, nullaq. facta mentione Petri, doctrinam hanc insinuat, in Epistol. 2. vers. eos quoque. † Cuius tamen verba Lucio Papæ tribuit Gratianus, in c. vrbes. 80. dist.

Supe

- 18 Superioribus † quoque decretis Pontificijs, consonat canon duodecimus, Nicæni primi Concilij, ex illis vigintiquatuor canonibus, quos, ex Epistola Iulij Papæ primi, tradit Alphonsus Pisanus, in lib. 3. ad dictum Concilium, habeturque, in tomo primo Conciliorum, secundum meum codicem, pag. 542. per hæc verba. *Quod non aliae Metropolitanæ Ecclesiæ, vel primates sint, nisi illæ, quæ prius primates erant, & post Christi aduentū, auctoritate Apostolica, & Synodali primatū habere meruerunt.* Quæ verba habentur etiam, in decreto. 12. Iulij Papæ primi, in eodem tom. 1. pag. 627. Ex quibus patet, ad erigendam Patriarchalem sedem, tantum exigi Synodi decretum, & Apostolicæ sedis auctoritatem; licet in ea Petrus Apostolus non federit.
- 19 Hoc † etiam, apertissimè innuit summus Roman. Pontifex Leo, in Epist. 53. ad Pulcheriam Augustam. Ad quam, dum Anatolius Constantinopolitanus Antistes vellet, de facto primum inter præcipuos Patriarchas locum (absq; Romanæ sedis decreto) habere, ita scripsit. *Nam sextagesimus ferè annus, huius iactantia esse iactatur, quo se prædictus Episcopus astmet adiuuare, frustra cupiens id sibi prodesse, quod, etiam si quisque ausus est velle; nullus tamen potuit obtainere.* Hæc Leo. qui, ad impedendum Primum, seu Patriarchatum Constantinopolitani Antistitis, non obiecit, quod Petrus in sede illa non fuerit, vel aliis suo nomine missus federit, sed, id duntaxat, quod, Anatolius non potuit obtainere; aperte innuens, veram rationem Patriarchalium sedium, numerique, & ordinis ipsarum, ad Roman. Pontificem, & Apostolicam sedem pertinere, non obstante, quod ibi 20 dem non fuerit Apostolus Petrus. Aliter † namque illa verba Pontificis; *Nullus potuit obtainere.* Frustratoria essent, nihilque operarentur; quod, non est dicendum. iuxta text. in l. si quando, ff. de legat. primo, cuius regulam exornat Aymon Crauett. in consil. 135. num. 4. vol. 1.
- 21 Sed, † & in constituendis Patriarchalibus sedibus, expensam etiam fuisse rationem magnitudinis, & nobilitatis urbiuum; ipse etiam Diuus Leo docet, in Epistola 84. ad Anastasium, circa finem.
- 22 Ex † quibus patet aperte, in vera ratione Patriarchalis sedis, non esse omnino necessarium, quod Princeps Apostolorum Petrus in ea personaliter fuerit, vt in Romana, & Antiochena, vel quod, ad eam suo nomine miserit, vt in Alexandrina: sed, quod ipse, vel quilibet in Pontificatu successor, ex varijs pro arbitrio suo causis,

- causis, ita decreuerit, & Patriarchalem sedem esse voluerit. Quod innuit etiam Vuolfangus Lasius, de Republica Romanorum, lib. 2. cap. 2. post medium, & in terminis ita expressè obseruant, ac docent inter alios, Ioann. Hugo, in tract. de offic. quatuor Prælatorum, tit. quales officiales Imperator ante coronationem habuit, num. 2. Antonius de Prætis, in clypeo pastorali, seu in tract. de iurisdictione Episcoporum in cap. 6. num. 19. Ramundus Ruffus, in Molinæum; pro Pontifice maximo, sub num. 19. pag. 162. in vers. quatuor ergo sedes Patriarcharum, Gulielmus Redoanus, in tract. de Simonia mentali, p. 1.c.16.num.8. Andreas Gammarus, in tract. legati de latere, lib. 2. tit. de varijs Ordinariorum nominibus, nu. 5.
- 23 Et † vt alios nostræ facultatis auctores prætermitā, idem etiam docuit Illustris. Dominus Cardinalis Baronius, in Annalib. Ecclesiasticis, in tomo primo sub anno Christi, 39. in versic. 10. incip. „ Sicut enim; cuius hæc sunt notabilia verba. Maiores enim in ini- „ stituendis sedibus Ecclesiarum, non aliam in ijsse rationem, quam „ secundum prouinciarum diuisionem, & prærogatiwas à Romanis „ 24 antea stabilitas. † Vbi paulopost, videlicet. in versic. 16. incip. Sed & illud, in terminis nostris apertè docuit idem, per hæc ver- „ ba. Nam, si presentia Petri, quamlibet Ecclesiam primariam ef- „ fecisset, tot esent numerandæ Ecclesiæ Patriarchales, quot à Pe- „ tro fuerunt Ecclesiæ instituta: Fuisse namque earum immensum „ planè numerū, nemo puto inficias erit, cum verò, ex aduerso sedes „ Alexandrina (in qua aliquando fuisse Petrum, certa aliqua asser- „ tione, nequaquam monstrari potest) post Romanam sedem, om- „ nium maxima, ab eo fuerit instituta; planè perspicuum intelligi „ posse videtur, non præsentiam Petri, sed eius potissimum requiri „ sitam esse auctoritatem ad constituendam sedem aliquam Pa- „ triarchalem. Hæc Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius.
- 25 Ad † quem, in Ecclesiastica potissimum historia, velut ad anima- tam Bibliothecam (vt est in veteri adagio) accedendum videtur.
- 26 Præterea, † quod non fuerit illa vnica, & formalis ratio Patriar- chalis sedis videlicet, quia Apostolica fuerit, idest Apostoli cuiusdam, etiam Petri sedes; vltra superiora loca, patet ijs etiam con- siderationibus. Constat siquidem, vltra Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam; etiam alias Apostolorum Ecclesiæ dictas, &
- 27 appellatas fuisse Apostolicas. † Nam, vt omittam agere de reli- quis, quæ in diuisione prouinciarum cœteris Apostolis Petri de- creto contigerunt, de quibus agit Bartholomæus Cassanæus, in

- 28 Catalogo gloriae mundi, par. 3. consideratione 29. † Hierosolymitana Ecclesia, quam primus omnium Iacobus Apostolus frater Domini nuncupatus, Petri ordinatione gubernauit, vt contra Paulum Borgasium, de irregularitate, par. 6. tit. de Simonia, num. 42. patet ex Anacleto Papa, in Epistola 2. ad Episcopos Italiæ, habetur in c. porrò 66. distinct. † Fuit etiam Apostolica sedes nuncupata, vt patet, in sexta generali Synodo, tertia scilicet Constantinopolitana, actione 17. in fine, in subscriptionibus patrum, maximè in subscriptione 3. incip. Petrus, & subscriptione 5. incip. Georgius, in tomo 3. Conciliorum, pag. 351. Idem etiam tradit Eusebius, Ecclesiastica hystoria, lib. 7. cap. 26. in fin. versic. Hierosolymorum, vbi agens de Hermone, Hierosolymitano Antistite, hæc scripsit verba, videlicet. *Hermon postremus eorum, qui ante persecutionem nostra memoria ibi concitatam, fuerunt Episcopi in sede illa Apostolica, hoc usque tempus reseruata, 30 collocatus fuit.* Hæc Eusebius. † Vnde, sicut Alexandriæ cathedra Beati Marci Euangelista multo tempore venerabilis fuit: sic apud Hierosolymam cathedra lignea ipsius Iacobi Apostoli venerata fuit. Ut ex testimonio Eusebij, in d. lib. 7. capit. 14. obseruauit Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, ad Martyrologium Romanum, sub die, 18. Ianuarij, in scholio primo, in versiculo, cathedra, & versiculo, afferuatam haec tenus, & versiculo, conseruatam nouimus, & in Annalibus Ecclesiasticis tomo primo, sub Anno Christi, 45. versic. 11. incip. Cœterum ipsa prima.
- 31 Sed † & cum Episcopi inter alia eorum nomina, & epitheta, (de quibus alibi egí) Throni dicantur, vt patet ex Epistola Fælicis Papæ secundi, ad Episcopos Aegypti, in cap. 17. in tom. 1. Conciliorum, pag. 690. & refert Burcardus, lib. 1. decretorum, capit. 169. & patet etiam, ex Epistola, Stephani primi Papæ ad omnes Episcopos, in versic. scimus dilectissimi, in illis verbis.
- 32 *Throni enim Dei vocantur.* † Propter tamen excellentiam sedium Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus amplius aliquid consequuti sunt. Pari enim nomine appellabantur Throni Apostolici orientis, vt patet, ex Nicæo Concil. 2. actione 4. in subscriptione Ioannis, Procuratoris dictorum trium Patriarcharum, in tomo 3. Conciliorum, pag. 529. colum. 2. versic. Ioannes, & iterum, in actione 7. pag. 590. colum. 1. in subscriptione 3. per hæc verba. *Ioannes miseratione diuina assessor Patriarchicus, & Vicesagens trium Apostolicorum Thronorum orientis, Alexan-*

driæ, Antiochiae, & Hierosolymorum.

- 33 Vnde † insignis ille liber, qui pratum spirituale Sophronij dicitur (quia ad eum directus est à Ioanne Moscho cognomento Euirato, ut aduertit Aloysius Lippomanus, in præfatione, ad ipsum librum) in capit. 37. Hierosolymitanam Ecclesiam merito
- 34 Thronum Apostolicum appellauit. † Neque huius libri parui facienda est auctoritas, quam septima Synodus Nicæna, videlicet 2. in actione 4. in versiculo Eustatius, & versiculo sequent. & in versiculo, Stephanus itaque, ad sua confirmando decreta allegauit,
- 35 Sed, † & in generali Florentino Concilio sicut Alexandrina, & Antiochena; ita quoque Hierosolymana fuit sedes Apostolica nuncupata, ut legitur in patruum subscriptionibus. Post subscriptionem enim Alexandrini, & Antiocheni; pro Hierosolymitano subscriptio, ita habet. *Ego Dosithæus Metropolita Mopfuestia, & Joachimi Sanctissimi Patriarchæ Hierosolymitani, ac eius Apostolica sedis Locumtenens, subscripti.* Et habetur, in tom. 4. Conciliorum, pag. 893. col. 1.
- 36 Quid? † quod, nedum Hierosolymitana Ecclesia, quam minor ipse Iacobus, ex ordinatione Petri, vt dixi, primus fundauerat, dicta fuit Apostolica sedes: sed, & Compostellana, seu Galleciana Ecclesia, ob alterum Iacobum Apostolum, Ioannis Apostoli fratrem, & insignem Hispaniæ patronum; Apostolica quoque nominata fuit, vt ex Ioanne Turpino Rhemensi Archiepiscopo (statim allegando) constabit. † Ut † sicut Ioannis Apostoli in Oriente Ephesina sedes, Apostolica dicta fuit à Fabiano Papa, in Epistola 2. ad Orientales Episcopos, in princ. vers. ista à sanctis: ita in Occidente Compostellana, seu Galleciana Ecclesia venerabilis habeatur, dicaturque Apostolica.
- 37 38 Quinimò, † per has duas celebres sedes Ephesinam Ioannis, & Compostellanam Iacobi, hos duos fratres consequitos fuisse à Domino dexteram, & sinistram (licet non ea ratione, qua medante matre petierant, vt habetur Matthæi, cap. 20.) sensit Toletanum Breuiarium, ex Institutione Beati Isidori, in Hymno quodam, in quo, sic habetur.

*Regens Ioannes dextra solus Asiam,
Et leua frater positus, Hispaniam.*

Et meminit Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, ad
Marty-

39 Martyrologium Romanum, die 25. in scholio primo. † Omniaq;
 comprehensus est dictus Ioannes Turpinus Archiepiscopus Rhei-
 mensis, qui magni Caroli gesta literis prodidit, in historia, de
 vita Caroli, & Rolandi, in cap. 19. per hæc notabilia verba: Sicut
 ,, per Beatum Ioannem Euangelistam Beati Iacobi fratrem, in
 ,, Orientali parte apud Ephesum Christi fides, & Apostolica sedes
 ,, instituitur: sic per Beatum Iacobum, in occidentali parte Regni
 ,, Dei, apud Galliciam, fides eadem, & Apostolica sedes consti-
 ,, tuitur. Hæ sunt proculdubio sedes, Ephesus scilicet, quæ est ad
 ,, dextram in Regno terreno Christi, & Compostella, quæ est ad si-
 ,, nistrum, quæ videlicet sedes, ijs duobus fratribus filijs Zebedei
 ,, in divisione Provinciarum contigerunt, quia ipsi petierant à Do-
 ,, mino, vt vnu ad dexteram in Regno cius federet, & aliis ad la-
 ,, uam. Tres Apostolicas sedes principales, præ omnibus sedibus
 ,, in orbe, merito Religio Christiana venerari præcipue consuevit,
 ,, Romanam scilicet, Gallicanam, & Ephesinam. Sicut enim
 ,, tres Apostolos Petrum scilicet, & Iacobum, & Ioannem præ
 ,, omnibus Apostolis Dominus instituit, quibus sua secreta plé-
 ,, nius cœteris (vt in Euangelijs patet) reuelauit; sic per eos,
 ,, tres has sedes præ omnibus Cosini, idest Mundi sedibus, reue-
 ,, rendas constituit. Et meritò hæ sedes dicuntur principales, quia
 ,, sicut hi tres Apostoli, dignitatis gratia, cœteros præcesserunt
 ,, Apostolos; sic loca illa sacrosancta, in quibus prædicauerunt,
 ,, & sepulti fuere, dignitatis excellentia, totius orbis sedes iure
 ,, præcedere debent. Iure Romæ sedes Apostolica prima præpo-
 ,, nitur, quia eam Princeps Apostolorum Petrus prædicatione
 ,, sua, & proprio sanguine, & sepultura dedicauit. Compostella
 ,, quoque sedes, secunda meritò dicitur; quia Beatus Iacobus in-
 ,, ter cœteros Apostolos præcipua dignitate, & honore, & hone-
 ,, state maior, post Beatum Petrum, extitit primus martyrio lau-
 ,, reatus, eam sua prædicatione olim muniuit, sepultura sua sacra-
 ,, tissima consecrauit, & miraculis adhuc perlustrat, indeficienti-
 ,, busque beneficijs indesinenter ditare, non cessat. Tertia sedes,
 ,, rite Ephesus dicitur, quia Beatus Ioannes Euangelista in ea
 ,, Euangeliū suūm (scilicet in principio erat verbum) erucauit,
 ,, coadunato Episcoporum Concilio, quos ipse per Vrbes dispo-
 ,, fuerat, quos etiam in Apocalypsi sua Angelos vocat, eamquè do-
 ,, crina sua, & miraculis, & Basilica, quam in ea ædificauit,
 ,, insuper propria sepultura consecrauit. Hæc Rhemensis Archie-
 pisopus. Quem etiam ad litteram refert Frater Mauritius Hila-

retus Franciscani ordinis, in concionibus quadragesimalibus, in tomo primo, in ea, quæ est in feriam quartam, Dominicæ secundæ, in fine, vbi ad hoc etiam allegat Baptistam Mantuanum, in libro primo Parthenices Marianæ, in fine.

- 40 Ex † quibus verbis (vltra alia notabilia) apertissimè dictus Rhemensis Archiepiscopus docuit, Compostellanam Ecclesiam, ob reuerentiam Iacobi Apostoli, & Ephefinam, ob similem Ioannis Apostoli causam, dictas fuisse Apostolicas. Cum verò, Galliciana Ecclesia nunquam fuerit dicta Patriarchalis (licet eius præcipue dignitates mitra Episcopali vtantur, & largo modo Cardinales vocentur) infertur rationem formalem, & vnicam Patriarchalis sedis, non consistere in eo, quod fuerit Apostolica dicta. Quod † etiam, de Ephesina patet. Nam licet eius Antistes, ob reuerentiam prædicti Apostoli Ioannis, honorabiliorem locum, & sedem, quād alij Metropolitanī obtineret; nunquād tamen inter præcipuos Patriarchas annumeratus fuit, vt tetigit Michael Aninyon, in tract. de vnitate Ouilis, & Pastoris, in capit. 21. num. 20. & sequentib. & expressè obseruauit Antonius Augustinus, in epithome veteris iuris Pontificij, par. 1. de personis, lib. 2. de Patriarchis, tit. 9. de varijs Primitibus, in cap. 1.
- 41 Præterea, † insistendo in arctioribus terminis, si vna, & formalis ratio Patriarchalis sedis Alexandrinæ esset illa, quia ad eam missus fuit à Beato Petro Marcus Euangelista; cùm in quibus eadem est ratio, sit idem ius, vulgata l. illud, ff. ad legem Aquiliam; eodem modo Hierosolymatana Ecclesia Patriarchalis dicenda erat, quia ad eam, ipse idem Petrus, Iacobum illum. Apostolum ordinavit, vt supra contra Borgasium ostendi: sed cùm multis temporibus elapsis, verum Patriarchatum consequunta fuerit, imò, neque modo consequutā fuisse, concionator ille asserere voluerit, sequitur apertè, quod ratio sedis Patriarchalis formalis, & essentialis non consistit in eo, quod Petrus in ea sededit; vel ad eam gubernandam miserit.
- 42 Denique, † si illa fuisset vna, & formalis ratio, & causa Patriarchalis sedis, quod in ea federit Princeps Apostolorum, vel ad eam suo nomine miserit; ex eadem ratione sequeretur, quod cum Petrus Antiochiæ, per seipsum federit, Alexandriae autem, non federit personaliter, sed per Marcum Euangelistam (quod
- 43 † realiter, non idem est, iuxta cap. qui facit, de reg. iur. in 6. & ibi glossam, in verb. perinde, & declarat Iason, in l. 2. s. quod si in

- in patris, num. 3. ff. solut. matrimon.) in honore Patriarchalis sedis semper præferenda esset Antiochenæ sedes, Alexandrinæ.
- 45 Quia, † propter vnum quodque tale, & illud magis, authentica multo magis, C. de sacrosanct. Eccl. quod, in simili ponderant Nicolaus Euerardus, in locis legalibus, in loco 140. à minori, num. 5. & Nauarrus Aspilcueta, in tract. de oratione, & horis canoniceis, capit. 16. numero 21. Sed, cum manifestè appareat Alexandrinam, in qua Petrus sedit per Marcum, prælatam esse in ordine, & loco Patriarchali, ipsi Antiochenæ, in qua Petrus personaliter sedit, vt supra dictum fuit: Hinc etiam manifestè colligitur, quod non illa vnicā, & formalis ratio fuerit sedis Patriarchalis.
- 46 Neque † satisfacit considerare, quod ideo Alexandrina prælata sit Antiochenæ, quia Alexandriæ federit Marcus Euangelista, Antiochiae verò relictus fuerit à Beato Petro Euodius, qui, nec
- 47 Apostolus, neque Euangelista fuit. Nam, † sicut ab omnibus partibus nulla facta mentione Euodij (licet insignis martyris, & Antiochenæ Ecclesiæ primi à Petro designati, seu relictæ Antistitis, vt refert S. Clemens Papa, lib. 7. Apostolicarum constitutionum, in capitulo 47. & Martyrologium Romanum, ad diem sextam Maij, cum scholio Illustrissimi Domini Cardinalis Baronij) per primam Petri præsentiam, & gubernationem Antiochenæ Ecclesia Patriarchalis sedes habita fuit: Ita quoque, nullo habito respectu ad Euodium; in loco, & ordine,
- 48 Patriarchali erat Alexandrinæ præferenda. Vt † eadem esset accessorij, quæ rei principalis ratio. Accessorium namque, naturam sequitur sui principalis, c. accessorium, cum similibus, de reg. iur. in 6.
- 49 Sed, † neque vim huius considerationis euadere, quis poterit, quantumuis ad Nicephorum Calixtum accedat, Ecclesiasticæ historiæ, lib. 14. cap. 39-innuentem, Principem Apostolorum,
- 50 Petrum personaliter etiam sedisse Alexandriae. Tum, † quia iste auctor, in aliquibus parum sibi constans fuit, vt ex Gennadio scholario Patriarcha Constantinopolitano obseruauit Martellus Francolinus, in tract. de tempore horarum canonicarum,
- 51 par. 2. cap. 67. num. 2. & 3. Tum, † quia illud non affirmatiuè docuit, sed adiecta dictione illa forte; quæ dubitativa potius, quam affirmativa est, vt obseruant Ludouicus Gomes, in repet. cap. 1. num. 4. de iudic. in 6. & Iacob. de Beluiso, in repet. cap.

Roma-

- Romana, in §. contrahentes, num. 54. de for. competen. in 6.
 52 Communiter † autem tenetur contrarium, vt aduertit Illustris-
 simus Baronius, supra hoc eodem capite, in num. 24. allegatus,
 & docuit S. Leo Papa, in Epistola 79. ad Dioscorum Alexandri-
 num, de qua, in cap. cum Beatissimus Petrus, 24. quæstio. 1. ibi,
*Sanctus Discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus
 Ecclesiam gubernauit.*
- 53 Quod, † & mihi fit manifestum hac consideratione. Quia si
 Apostolus Petrus Alexandriæ personaliter sedisset, ex paritate
 rationis, etiam de Alexandrina Cathedra, institutum esset Ec-
 clesiasticum officium, sicut de Romana, & Antiocheno: Sed,
 cū nullū legatur de Alexandrina Cathedra officium; prò cōstanti
 Ecclesia habuit, quod ibi, nunquād Petrus personaliter seddit.
 Ex quibus omnibus manifestè apparet, veram, & formalem ra-
 tionem, & causam Patriarchalis sedes non confundere in eo, quod
 fuerit Apostolica sedes Petri; sed potius in eo, quod tam ex eo
 motiuo, quam ex alijs vrgentissimis causis, ita decreuerint sum-
 mi Romani Pontifices, Christi Domini nostri Vicarij, & Petri
 successores.
- 54 Scitum † est enim, quod in ijs, quæ iuris positui sunt, potest
 summus Romanus Pontifex extra ius, & contra ius (iure qui-
 dem) statuere, vt ex alijs refert Ias. in l. rescripta, num. 4. C. de
 55 precibus Imper. offeren. Et † quadrata de rotundis facere, iuxta
 notata, in cap. quod translationem, de officio ordinarij, capit.
 proposuit, de concess. præben. cap. mutationes, 7. quæstio. 1. cap.
 sunt quidam, 25. quæst. 1. Cardinalis Hostien. quem allegat Ias.
 vbi proximè, & declarat Martinus Nauarrus, de spolijs Clerico-
 rum, §. 2. num. 3. & num. 4. in versic. Quarto noto.
- 56 Neque in ijs potest Romanus Pontifex, successori legem impo-
 nere: quia par, in parem non habet Imperium, cap. nouit, §.
 quamvis, de electione. I. ille à quo, §. temp̄stuum. ff. ad Trebel-
 lian. Iacobus Zocchus, in repet. cap. omnis vtriusque sextus, nu-
 4. de pœnitentijs, & remission. & Paulus Gryfaldus, in decisio-
 nibus Catholicæ fidei, in verb. Papa, num. 128. Cum verò, ex
 vrgentissimis causis summi Romani Pontifices, tam Constanti-
 nopolitanam Ecclesiam, quam Hierosolymitanam in Patriar-
 chales sedes præcipuas erexerint, ac instituerint (quod, infra-
 probabo) deducitur manifestè, illas veraciter, sicuti Alexandri-
 nam, & Antiochenam fuisse Patriarchales institutas: ita, vt om-
 nes

nes illæ, integrum, perfectumquè quaternarium numerum insuff-
gnium Patriarchalium sedium adimpleant, ad ampliorem Ec-
clesiæ Sacrosanctæ honorem, & ipsius Romani Pontificis aucto-
ritatem, ac Primatum.

Caput Quartum.

De solutione Argumentorum, pro contraria parte addu-
ctorum, & de alijs auctoritatibus, maximè ex Ca-
techismo Romano, quibus probatur, qua-
tuor verè esse post Romanam, Pa-
triarchales sedes præcipuas.

S V M M A R I V M .

- 1 Sancti auctoritas in Decreto Gratiani quando allegabilis, ad de-
cisionem causa.
- 2 Doctoris sententia probabilis tantum est.
- 3 Ius Canonicum continet dogmata fidei, & que, ad humana iu-
dicia pertinent.
- 4 Patriarchalis dignitas iuris positivi est.
- 5 Papa non respondet semper diffiniendo, sed aliquando, ut doctor
particularis.
- 6 Papa in diffinienda re, ad fidem pertinente, errare non potest.
- 7 Papa in reddenda rōne alicuius decreti, loquitur, ut particularis.
- 8 Bulgari non consuluerunt Nicolaum primum, de ratione sedium
Patriarchalium, sed tantum de numero.
- 9 Nicolaus in Responso ad Bulgaros partim, ut Papa; partim, ut
particularis loquutus est.
- 10 Papa in ijs, quo ad humanum iudicium pertinent, decipi potest.
& num. seq.
- 11 Gregory XIII. notabilia verba, ad excusandum Romanum
Pontificem.
- 12 Auctoris excusatio respondens eidam magna obiectioni.
- 13 Diuinatua solutio ad iurium concordia aliquando admittitur.
- 14 Coniecturis non est locus, in claris.
- 15 Multi Pontifices diuersam rationem Patriarchalis sedis esse tra-
diderunt, ab ea, quam docuit Nicolaus primus.
- 16 Nicolai primi duo loca expensa, & num. 18. & seq.
- 20 S. Petrus Petra etiam vocatus.

322 De Vera Quatuor Patriarchalium

- 21 Petrus Apostolus non indiget nostris commendationibus.
- 22 Miracula noua probanda, per Episcopum.
- 23 Sancti viri non querunt verbis prosperari, sed moribus.
- 24 Sanctus non est laudandus, cum detractione alterius sancti.
- 25 Papæ potestas impedienda non est.
- 26 Absurdum euitandum est.
- 27 Constantinopolitana, & Hierosolymitana additæ numero Patriarchalium sedium: accidentalem quandam gloriam Petro cumularunt.
- 28 Antistites Ecclesie docent quatuor esse Patriarchas.
- 29 Discipulus Magistri sententiam defendere tenetur.
- 30 Gregorius Papa quatuor præcipuos Patriarchas testatur, & magnam eorum dignitatem ostendit, & num. seq.
- 32 Innocentius III. Patriarchales sedes quatuor esse ostendit, & num. 33. & 35.
- 33 Graue est, idoneos relinquere, & indignos admittere.
Suspensionis sententia incurritur, eligendo indignum, digne pretermisso, & quis ab ea absoluere possit. ibidem.
- 34 Suspensio Ecclesiastica multis modis incurritur.
Patriarcha, vel Papa absolutus à suspensione, ob electionem indigni, omiso digno. ibidem.
- 36 Benedictus XI. quatuor esse Patriarchales sedes ostendit.
Instituere in Ecclesia, est ius Canonicum in beneficio conferre,
& veram collationem inducit. ibidem.
- 37 Eugenius IIII. quatuor præcipuos esse Patriarchas ostendit, ultra Romanum.
- 38 Subscriptio, quid operatur.
- 39 Adrianus secundus quatuor Patriarchas præcipuos ultra Romanum ostendit.
- 40 Mendacium querit, qui post veritatem repertam, aliquid ulterius disscutit.
- 41 Vitalianus Papa Paulinum Cretensem Archiepiscopum reprehendit.
- 42 Ecclesiæ deliberationi matura non obstant præcoce Doctorum imaginaciones.
- 43 Catechismus Romanus quatuor præcipuos Patriarchas, ultra Romanum ostendit.
- 44 Catechismi Romani auctoritas magna, & num. seq.
- 45 Auctor in patrio Gymnasio, ex Catechismo Romano publicum argumentum sumpfit.

- 45 Andreas Franciscus Leodius illustre de Catechismo Romano testimonium perhibuit. & num. 47.
 48 Argumentum à Rubrica validum est.
 49 Dic̄io, Ex, causam proximam, & immediatam significat.
 50 Causa cause, est causa causati.
 51 Innocentius III. Comentarij suis ius Canonicum illustravit.
 Priuatam tamen illis tribuit auctoritatem, nu. 52.
 53 Catechismus iussu Papæ, ut Breuiarium, & Missale editus.
 54 Catechismus appellatur sacer liber, à Pio V.
 55 Ceremoniale Romanū quatuor Patriarchas post Sum. Pōt. ostēdit
 56 Polidorus Virgilius de origine quatuor Patriarcharum agit.
 Nicolaus de Lyra agit de quatuor Patriarchis. ibid.

1 Ed, † quid erit, ad illa duo superiora Beati Isidori, & Nicolai primi Papæ contraria argumenta respondendum? dum asserunt, rationem sedis Patriarchalis consistere in eo, quod fuerit Apostolica sedes Petri; & in consequentiam sentiunt Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam non esse Patriarchales sedes? Certè multa elaborata, breuitati consulendo, prætermitens, & præcipue, An dabilis eset in iure nostro repugnantia; Quo ad primum dico, quod quamvis alicuius Sancti auctoritas, in Decreto Gratiani allegata, potens sit ad decisionem causæ allegari, velut authentica, vt supra tetigi; hoc tamen extendendū non est, ad casum, in quo contraria Pontificia dispositio apparet, arg. c. I. & ibi notorum, de oper. nou. nunc. † At, cum contra Beati Isidori dictum, aperta sint Clementis, Anacleti, Aniceti, & Stephani summorum Pontificum dicta, quæ aliam docent rationem Patriarchalis Sedis, quam Petri praesentiam; Remanet ergo illa Beati Isidori, vti particularis doctoris sententia, & opinio, neq; authentica, neque necessaria: iuxta doctrinam glossæ, in verb. iusque, in l. I. C. de legib. & sic cōtra receptam illam iuris consultorum sententiam nihil concludere potest.

2 Ad † secundū verò sumptum, ex Respōso Nicolai primi argumentum, vt plenius satisficiam, aliqua erunt necessario præmittenda. In primis, quod ea, quæ in iure Canonico, seu Pōtificio cōtinentur, aliqua ad dogmata fidei pertinent, alia verò ad mores, & humana tantum iudicia, vt notoriè patet, in rubr. de summa Trinitate, rubr. de rescriptis, de præbendis, & similibus, & in Concilio Tridentino, vbi prius traduntur fidei canones, postea decreta de reformatione, & obseruant Dominus Franciscus Pegna

insignis Rotæ Auditor, in Directorio Inquisitorū p. 2. ad q. 17. cōmento. 42. littera I. vers. Postremo, & Paulus Gryfaldus (regulas ad hoc adducens) in decisionibus Catholicæ fidei, in verb. fides, num. 16. & 17.

4. Suppono † etiam, quæstionē istam Patriarchalium sedium, & veri numeri illarum, non pertinere ad dogmata fidei: Nam hæc Patriarchatus dignitas iuris positui est. vt obseruant in terminis Ioan. de Selua, in tract. de benef. p. 1. q. 2. nume. 27. & Gulielmus Redoanus, in tract. de Simonia mentali, p. 1. c. 16. nu. 15. seu finali, discedendo ab ijs, quæ paulo ante, in nume. 9. tradiderat.
5. Præmitto † etiam, Romanos Pontifices non semper respondere diffiniendo, sed aliquando tanquam priuatos, & particulares Doctores, vt Dominus Pegna aduertit, vbi proximè, in vers. Rursus, & Gryfaldus, vbi supra, verb. Baptismus, nu. 44. vers. dico tertio.
6. Aduerto † etiam, quod in Pontificijs decretis, duo sunt perpetuo consideranda, primum, tanquam intentio, conclusioq; decreti, alterum, tanquam ratio, & causa à Pontifice reddita, eius rei, quam constituit. In conclusione vero decisæ rei, errare non potest Summus Pontifex, si fidei quæstionem, ex Apostolico Tribunal iudicavit, vt omnium habet catholicorum conclusio, in c. si Papa, 40. distin. Couarruiias, lib. 1. variarum resolutionum, c. 10. nu. 12. & Petrus Cenedo, in Collectaneis, ad ius Canonicum, p. 1.
7. Collectanea 44. ad d. c. si Papa, nu. 1. † Sed si in illa conclusione Rom. Pontifex rationes expresserit non necessarias, idoneas, vel minus probabiles: nihil est in illis immorandum; quia in illis, non vt Papa, sed vt particularis Doctor loquutus est, vt tradunt Paulus Gryfaldus, vbi supra, verb. Decreta, nu. 1. Melchior Cano, de locis Theologicis, lib. 6. c. 8. vers. Et quidem, & Alphonfus à vera cruce, in Speculo coniugiorum, par. 1. art. 22. ad tertium, in vers. Respondendum tamen. & p. 2. art. 15. vers. Sed maior difficultas, & art. 21. maximè, in vers. Est notandum.
8. Denique † præsuppono, Bulgarios tantum consuluisse Nicolau[m] Pontificem, de numero veracium Patriarchalium Sedium; non autem de ratione illarum, vt patet in dicto Responso 92.
9. Quibus † sic præsuppositis, dico, prædictum Nicolai primi Responsū non obstat, prædictæ veræ iurisconsultorum, receptæq; doctrinæ, circa quatuor præcipuas, verasq; Patriarchales sedes post Romanam. Quia in qua parte Nicolaus docuit, veraciter Patriarchalis sedes tres tñ esse, Romanā scilicet, Antiochenam, & Alexadrinā; loquutus fuit vt Pontifex, secundū tñ priora tempora,

pora, in quibus, Ecclesia sacrosancta, & Romani Pontifices ad-huc verè non assenserant erectioni, & constitutioni Ecclesiarum Constantinopolitanæ, & Hierosolymitanæ in veras Sedes Patriarchales: quod est receptum, nec nobis contrarium. In qua ve-rò parte rationem Patriarchalis Sedis (à Bulgaris etiam non petitam) assignare voluit eam, quia scilicet, aliquando fuerit Apostoli Sedes, inferens, quòd ideo Constantinopolitana, & Hierosolymitana non sunt veraciter Patriarchales; loquutus fuit vt particularis Doctor, secundum prædicta. Vnde (salua auctoritate tanti Pontificis) decipi potuit in illa ratione. + Sicuti in rebus etiam ipsis, quæ ad humanum iudicium pertinent, falli Summus Pontifex potest. iux.c. à nobis.lo 2. §. nos igitur.de sent.excomm. & ibi glos.in verb.opinionem, & Doctores communiter obseruant. Melchior Cano, vbi supra, lib. 5. c. 5. vers. Nam, & Apostolis, in fin. & vers. Illud item . & vers. Nunc illud. & D. Franciscus Pegna, in d. commento 42. litera I. vers. Respondet, quòd non est. & vers. In illis verò Bonus tex. in Clem. sèpè. in vers. Nos autem, de verb. significat. & ibi glos.in verb. possibile. & Cardinalis Zabarella, in lectura nu. 2. & Gregorius Nata, in repet. nu 62.

11 Hinc + Paulus Grysaldo, in decisionibus Catholice fidei, in verb. Papa, nu. 111. dicebat, quòd, qui affirmat Papam, tanquam priuatam personam, vel vt Papam, dum humana dijudicat, non posse errare; euertit potius, quām confirmat Apostolicæ Sedis auctoritatem. quod, & prædixerat, in verb. Ecclesia, nume. 14.

12 † Pro quo facit notabiliter, quod insignis ille Gregorius Papa XIII. in quadam Bulla, ad moderationem alterius Pij V. emanata, dicebat (vt refert Martinus Nauarrus Aspilcueta, in fine Manualis, ante Commentarium, de oratione, & horis canonicas) in hunc modum. *In tanta negotiorum mole, qua Rom. Pontifex assidue præmitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est, moderationis remedium adbibere:* hæc Gregorius XIII. à Nauarro relatus.

13 Quo + fit, vt nullus poterit me, vel de temeritate, vel audacia notare, quòd tale responsum dederim prædicto à Nicolao Primo ad Bulgaros dato Responso, circa rationem Patriarchalis Sedis, quod afferam, prædictum Pontificem in ea assignanda ratione, loquutum fuisse tanquam priuatam personam, & particularem doctorem. Neque enim aliqua diuinatiua solutione, + quæ aliquando ad iurium concordiam sustinendam admitti potest, iuxta notabilem doctrinam Bar. in l. ita stipulatus, nu. 28. ff. de verb.

- oblig. quam sequuntur alij, quos allegant Franciscus Coscius, in
repet. c. Cognoscentes. nu. 7. de constit. & Ludouicus Gomes, in.
repet. c. i. nu. 17. & seq. de rescript. in 6.) clarum eius responsum
15 potuit occultari, vel interpretatione defendi, t̄ quia in claris nō
est locus coniecturis. ille, aut ille. s. cum in verbis. ff. de legat. 3.
- 16 Cum t̄ igitur, vt superiori capite aduerti, ex num. 11. mul-
to ante ipsum Nicolaum tempore, alij Summi Romani Pontifi-
fices, in eadem Pontificia dignitate pares, numero verò plures,
& martyrio insigniores tradiderint rationem Patriarchalis Se-
dis formalem, & essentialē non esse illam, quia Petrus eam
fundauerit, & in ea federit, vel ad eam gubernandam suo nomi-
ne miserit; sed quia, tam ipse Beatisim⁹ Apostolus, quām ali⁹
in Pontificatu successor iustē Patriarchalem esse decreuerit, atq;
statuerit: omīsa ratione, à Nicolao tradita, superior est tenen-
da, quamq; sequuti sunt etiam post prædictum Nicolaum, In-
nocentius Tertius, Benedictus Vndecimus, & alij Romani Pon-
tifices inferiū allegandi, qui Constantinopolitanam, & Hiero-
lymitanam, vñā cum Alexandrina, & Antiochenā, inter præci-
puas, ac veras quatuor orbis Patriarchales Sedes enumerant,
atq; constituunt.
- 17 Quid t̄ quod, & ipse idem Nicolaus Papa, hanc ultimā, à priori recedens, amplecti videtur aperte rationem Sedis Patriarchalē; dum ad eosdem Bulgarios in Responso 93. ita scripsit, dicens.
Porro, quis Patriarcharum secundus sit à Romano, consulitis?
Sed iuxta quod Sancta Romana tenet Ecclesia, & Nicani Cano-
nes innuunt, & sancti Præsules Romanorum defendunt, & ipsa
ratio docet; *Alexandrinus Patriarcharum à Romano Papa se-
cundus.* Hęc Nicolaus Primus. Vbi nulla facta Petri Apo-
sto li mentione asserit, in materia Patriarchali attendenda esse Ro-
manorum Pontificum decreta. Et facit, quod supra tetigī de ra-
tione præcedentia Alexandrinæ, ad Antiochenam.
- 18 Clarè t̄ etiam hoc ipsum docuit idem Nicolaus, in Epistola ad
Rodulphum Archiepiscopum, in illis verbis; *Primates enim,
vel Patriarchas nihil priuilegi⁹ habere præ ceteris Episcopis, nisi
quantum sacri Canones concedunt, & prisca consuetudo illis an-
tiquitus contulit, diffinimus.* Habentur, inter varia rescripta,
Nicolai Primi, in tit. de Patriarchis, in capit. 3. in tom. 3. Con-
ciliorum, & resert Gratianus, in c. conquastus, 9. quæst. 3. Ex qui-
bus aperte constat, ad priuilegium Patriarchalis Sedis non
fuisse omnimodo necessariam Petri præsentiam; sed sacrorum,

Cano-

Canonum determinationem.

19. Ut sic, etiam inferendum necessario sit, quod si prædictus Nicolaus Primus in Pontificatu sedisset post Innocentium III. & Benedictum XI. aliaq; Ecclesiæ sacrosanctæ edita decreta, inferius alleganda, quibus expressè approbata, & confirmata fuit verè erectione Patriarchalium Sedium Constantinopolitanæ, & Hierosolymitanæ; sine dubio Responsum illud, 92. Bulgaris non dedisset, saltem rationem illam Patriarchalis Sedis, sumptam ex præsentia Petri; vel mutasset, vel certè omisisset, quam, ut particularis doctor (vt dixi) exprimere voluit. Respondissetq; iuxta superiorem iurisconsultorum communem, ac receptam sententiam, quatuor esse veraciter post Romanam Ecclesiam Patriarchales Sedes, Constantinopolitanam scilicet Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam. Quod, ad Ecclesiæ sacro-sanctæ honorem congruisse, & Romani Pontificis Primatum etiā innuisse, ex infra dicendis constabit.
20. Illud tamen verò est necessario aduertendum, quod quāmuis plures viri grauissimi plures Apostolorum Principis cumulauerint prærogatiwas, velut petræ, supra quam Dominus fundauit Ecclesiæ suam, ut patet Matthæi c. 16. c. ita Dominus, 19. distin. cap. rogamus, 24. q. 1. & in princ. 21. distin. in fine, & in hymno ad laudes Dominicæ, ibi, hoc ipsa Petra Ecclesiæ, & tangunt Aluarius Pelagius, de planctu Ecclesiæ, lib. 1. c. 55. in prin. Io. Baptista Ferret-tus, in repet. c. 1. nu. 8. de constitut. & Illustrissimus D. Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 1. sub anno Christi 31.
- 21 pag. 104. vers. ex prædictis: tamen superiori non indiget Petrus commendatione, quod solè illæ dicantur veræ Patriarchales Sedes, in quibus Petrus ipse federit, vel ad eam gubernandam miserit, vt in alio proposito acrioribus verbis dicebat Paulus Grysaldo, in decisionibus Catholicæ fidei, verb. Ecclesia, nume. 14.
22. Vnde tamen miracula, quæ nō sunt vera, non pertinent ad aliquius Sancti honorem, ideoq; illa non esse admittenda, Episcopis commendat Trident. Conc. fess. 25. in princ. de inuocatione Sanctorum, in vers. hæc vt fidelius: ita etiam, prædicta illa assertio non est ad Petri honorem consideranda.
23. Sancti tamen enim non querunt verbis prosperari, & honorari, c. 24 ecce, 99. distinct. t Maxime cum præjudicio, & detractione aliorum. vt notabiliter aduertit Nauarrus Asplicueta, de oratione, & horis canonicas in c. 18. nu. 26. & Conualentinus frater Vincentius

- centius Iustinianus Antist. in disputatione pro Diu^e Catherinae Senensis imaginibus, in §. 2. & facit benè tex. in dicto c. ecce, ibi,
Nec honorem esse deputo: in quo fratres meos honorem suum per
25 *dere cognosco.* + Quo fit, vt cum prædicta admissa Petri prærogatiua, maxima sequatur aliorum Summorum Pontificum Pontificia auctoritatis diminutio; quod in mero articulo iuris positui, non possent, præter tres illas, alias Sedes in veras Patriarchales erigere: non est, cur prærogatiuam illam Petro assignemus, iuxta rationem tex. in c. dudum, §. nos igitur, de præbendis, in 6. in illis verbis. *Quia foret absurdum, si tam lata nostra*
26 *impediretur potestas.* iuncta glossa. verbo absurdum. + Cum alijs, quæ de absurdo euitando, cumularunt Nicolaus Euerardus, in locis legalibus, ipso loco 23. ab absurdo, & Illustrissimus D. Cardinalis Franciscus Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 7. titu. 7.
27 Quinimo + ex ijs, quæ inferius dicam, apertè constabit, veram, Constantinopolitanæ, & Hierosolymitanæ Ecclesiæ creationem, dum vnâ cum Alexandrina, & Antiochena integrum quaternarium numerum Patriarchalium Sedium constituant post Romanam; ad accidentalem quandam etiam ipsius Petri gloriam pertinuisse.
28 Sed + neque fas est credere, supra allegatos nostros insignes, & Catholicos Iurisconsultos specialem illam Apostolorum Principis Petri prærogatiuā à Beato Isidoro, & Nicolao Primo Pontifice expensam, & à Concionatore illo (licet non ijs ducto auctoritatibus, vt ipse confessus fuit) publicatam, de facto voluisse infringere, & eidem ausu temerario contraire: maximè cum multi ex illis, de Ecclesiastica fuerint Hierarchia, Episcopali scilicet, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalitia dignitate fulgentes.
29 Quare + opere pretium erit, concludentes eorum auctoritates adducere, fortissimaq; fundamenta aduertere, supra quæ, firmam, & stabilem superiorem doctrinam, insignium, ac veracium quatuor Patriarchalium Sedium post Romanam, scriptis suis construxerunt; tū ad effectus illos celebres eliciendos, quos supra tetigi, & infra expendam: tū ad illorū præceptorū opinionem defendendam, cum id more grati discipuli faciendum esse, Julianus senserit, in libro 4. Digestorum, vt habetur in l. dice-
re, ff. de recept. arbitr. in illis verbis, *Cassius vero sententiam magistri sui bene excusat.* Quod ibidem expresse adnotauit Bart. nu.
30. & tradunt Ias. in l. generaliter, nu. 9. & seq. ff. de in ius vocand.

Fran-

Franciscus Niconitus, in repet. c. quoniam contra, par. i. nu. 31. de probat. Et Quintilianus Mandos. in tract. de ingratitudine, in capit. 95.

- 30 Sciéduſ igitur eſt, prædictas quatuor post Romanam Ecclesiā veras, & præcipuas Patriarchales ſedes, & ſummorum Pontificū decretis, & ſacrorum Conciliorum ſanctionibus erētas, atque institutas fuiffe; ac vt verè tales, ab eisdem honoratas, & maximis fuiffe priuilegijs decoratas. Vtrumque enim innuere voluit Gregorius Papa, vt patet in lib. 2. Registri, in Epiftola 37. incip. quaſi oblita. vbi Natali Epifcopo Salonitano, in fine, hæc ſcripsit verba. *Postquam enim ad beatitudinem vestram, & decessoris mei, & mea in causa, honorati Archidiaconi ſcripta directa ſunt; tunc contempta utriusque ſententia, prefatus honoratus proprio gradu priuatus eſt. Quod, si quilibet ex quatuor Patriarchis feciſſet, ſine grauiſſimo ſcandalō, tanta contumacia tranſire nullo modo potuſſet.* Hæc Gregorius Papa, quæ habentur, in tomo 2. Epiftolarum ſummorum Pont. pag. 76. vbi, & numerus, & dignitas præcipuorum Patriarcharum designatur. † Ad aggrauandum enim illius Epifcopi contemptum, conſiderauit Pontifex, illum, neque in quatuor Patriarchis eſſe tollerandum; vt ſic, ſumimum diceret, arg. c. veniam, 35. q. 9. ibi: *Contra caput, etiam ſi faciendum ſit, non libenter admitto.* & gloſ. verb. excellentioris, in c. 31 per tuas, lo 1. de Simonia. † Hoc etiam Innocentius Tertius Papa ſæpe edocuit, ac tradidit tūm in Lateranen. Concilio, ſub eo celebrato, tūm in diuersis Epiftolis decretalibus. In Lateranenſe namque Concilio ita ad literam habetur. *Antiqua Patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, sancta vniuersali Synodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam Ecclesiā (quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote Matre vniuerſorum Christi fidelium, & magiſtra) Constantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant.* Quæ habentur, in c. antiqua, de priuilegijs, vbi omnes doctores ita obſeruant.
- 32 Idem † etiam Innocentius, in eodem Concilio, vt ſaluberri-
mam illam, ad bene Eccleſiaſtica beneficia dispensanda cederet
conſtitutionem; quatuor hos præcipuos, & retulit, & honorauit
Patriarchas, per hæc verba. *Graue nimis eſt, & absurdum, quidam Eccleſiarum Prælati, cum poſſint viros idoneos, ad Eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos;*
quibus

quibus, nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde, quanta Ecclesijs damna proueniunt, nemō sana mentis ignorat: Volentes igitur, huic morbo mederi, precipimus, ut pratermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo, & Ecclesijs velint, & valeant gratum impendere famulatum. Fiatq; de hoc, in prouinciali Concilio diligens inquisitio annuatim: ita, ut qui post primā, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, à beneficijs conferendis, per ipsum Concilium suspendatur, instituta in eodem Concilio persona prouida, & honesta, quæ suspensi suppleat defectum, in beneficijs conferendis. Et hoc ipsum, circa capitula, quæ in his deliquerint; obseruetur. Metropolitani verò delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij nunciandum. Ut autem hæc salubris prouisio pleniorē consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchæ minime relaxetur, ut in hoc quoque quatuor Patriarchales sedes specialiter honorentur. Hæc Innocentius, in dicto Lateranenī Concilio. Quæ, etiam habentur 34 in cap. graue, de præbendis. ¶ Quæ sunt bene notanda, tum pro hac speciali (& vtinam non frequenti) suspensione, quam omisit, qui multas cumulauit Alphonsus Viualdus, in candelabro aureo, p. 2. de suspensione, ex num. 18. vsque ad 130. tūm maximè, quia illius relaxatio, vel Papæ, vel vni ex quatuor Patriarchis reseruatur. ¶ Ipse idem etiam Innocentius, in quatuor Epistolis decretalibus, quarum idem initium est, videlicet, inter quatuor; easdem veras, ac præcipuas post Romanam Ecclesiam, quatuor Patriarchales sedes enumerat, & insignem earum significationem celebrat. Quod consulto inferius reseruo dicendum, cum ex proposito de mystica quaternarij numeri significatione, ad huius suscepit articuli ornatum, pertractabo.

35 36 Claram ¶ etiam, ac apertissimum (quod nulla tergiuersatione celari potest) adduco adhoc, Apostolicæ sedis decretum, in extrauagan. Sancta Romana, de electione, in extrauagan. communibus, vbi Benedicti Papæ XI. cōstitutio, ad literam legitur per hæc verba. *Sancta Romana Ecclesia, quæ disponente domino, super omnes alias, ordinariæ potestatis obtinet principatum, à Deo, utpote matre uniuersorum Christi fidelium, & magistra: quatuor Patriarchales sedes instituit, inter quas, post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primum, Alexandrinam secundum, Antiochenam tertium, & Hierosolymitanam quartum*

rum locum voluit obtinere : ipsasque multis prerogatiis, & honori-
bus, ac priuilegijs decorauit . Hæc Benedictus Papa. Institue-
re siquidem, est ius canonicum in beneficio Ecclesiastico conser-
re : veramque collationem inducere, dixit Egidius Bellamera-
in decis. 94. num. 2. de officio Vicarij, & decis. 620. num 1. de
institutionibus.

37 Consonat † etiam superioribus , alia euidens in generali Flo-
rentino Concilio Eugenij III. Papæ constitutio, in sess. vltima, in
litera sanctæ vnionis , incip. Latentur cœli, circa finem , vbi ita
habetur . Renouantes insuper ordinem traditum in canonibus
cæterorum venerabilium Patriarcharum , ut Patriarcha Con-
stantinopolitanus secundus sit post summum Romanum Pontifi-
cem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, &
38 quintus: Hierosolymitanus . Sed, † & hos quatuor esse veros, ac
præcipios Patriarchas ; idem Eugenius senserat, in principio di-
cti Concilij Florentini, in illis verbis . Vna cum p̄yssimo fratre
nostro Iosepho Patriarcha Constantinopolitano , nec non cætero-
rum Patriarcharum legatis, idest Alexandrini, Antiocheni, &
Hierosolymani . Ut in subscriptionibus apparet . Vnde idem
est, ac si in principio Concilij eos quatuor expresisset, argumen-
to notatorum , in l. si ita scripsero , ff. de condit. & demon. & quæ
tradit Philippus Portius, in lib. 1. regularum iuris, in conclus. 20.

39 Denique † octaua generalis Synodus, sub Adriano secundo Pa-
pa celebrata, in canone 21. articulum istum quatuor Patriarcha-
lium sedium post Romanam , diffinire voluit , per hæc verba .
*Nemo igitur prorsus mundi Potentum, quemquā eorum, qui Pa-
triarchalibus præsunt sedibus in honorare, aut tentare præsumat,*
*præcipue Sanctissimū Papam Senioris Romæ, deinceps Constanti-
nopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandriae, ac Antiochiae, &*
Hierosolymorum . Et refert Gratianus, in c. diffinimus, 22. dist.

• Hæc suuit (vt alia prætermittam) Ecclesit sacrosanctæ, summo-
rumque Pontificum decreta , in quibus supra allegati insignes iu-
risconsulti firmam, & veram fundarunt sententia suam, docendo,
quatuor esse post Romanam Ecclesiam veras, ac præcipias Pa-
triarchales sedes ; Constantinopolitanam scilicet , Alexandrinā ,
40 Antiochenam, & Hierosolymitanam . † Ut sic etiam appareat, nō
esse amplius de illa dubitandum , quia vt in simili Imperatores
Valentinianus, ac Marcianus dicebant, *Quisquis post veritatem*
*repertam aliquid ulterius discutit : mendacium querit . Ut ha-
betur in suis legibus , seu edicto incip. Imperatores Cæsares, &*

- refert Calchedonense Concilium in actione 3. tomo 2. Cōcil. pag.
 41 258. colum. 2. † Et concionatori prædicto verum Patriarchatum
 Constantinopolitani, & Hierosolymitani neganti; obijcienda
 posse illa verba Vitaliani Pótificis, quæ Paulino Cretéſi Archiepi
 scopo scripserat, videlicet, *Quæ ergo sancti sanxerunt patres, in-
 decentia sunt? an placentia tibi, decentia sunt?* Quæ habentur,
 42 in tomo 3. Conciliorum, pag. 198. colum. 1. † Periculorum est
 enim, per imaginationes nostras velle mutare, quod sanctissima
 sedes matura deliberatione cōstituit, vt in simili dicebat Nauar-
 rus Aspilcueta, in commentario, de vſuris, ad c. si fæneraueris,
 14. quæſt. 3. num. 8. vers. Tum quia Papa, & num. 9. & seq.
 43 Vnde, fvt hæc circa quatuor præcipuos post Romanum Ponti-
 ficem Patriarchas, & Patriarchales sedes magis euidens fieret,
 manifestiorq; doctrina, superioribus decretis inhærens Catechismus
 Romanus, ex decreto sacrosancti Concilij Tridentini iussu
 Pij V. Pontificis maximi editus; eandē omnibus lucidissimè eu-
 gauit: in p. 2. c. 7. de ordinis sacramento, num. 27. tit. de sedibus
 antiquis Patriarcharum.
 44 Quanta f verò sit huius libri auctoritas, quantique habenda;
 omnes viri sapientes nouerunt. Nauarrus Aspilcueta ex eo ar-
 gumenta sumpsit, in cons. 4. incip. magnificus, tit. de emptione,
 45 & venditio. in princ. verspræterea videtur. † Idem fecit Alphon-
 sus Viualdus, in candelabro aureo, tit. de sacramentis in genere,
 , , num. 3. dicens. Ponam sententiam libri, qui secundo loco sancto
 , , succedit Concilio, Catechismi scilicet, concilij Tridentini. Et in
 , , tit. de confirmatione, num. 21. ubi ita habet. Secundo propter
 , , insignem Catechismi Romani auctoritatem, est enim à sede Apo-
 , , stolica, post Concilium Tridentinum confirmatus. Hæc Viual-
 46 dus. † Quos ego aliquando imitatus, dum in patrio Gymnasio
 arguerem, quod Baptismus post delictum susceptus, non tolle-
 ret pœnam debitam in foro exteriori: inter alia, Catechismi sen-
 tentiam allegavi, in p. 2. c. 2. de Baptismi sacramento, num. 46. Cu-
 ius vim vt respondens euaderet, tanti libri auctoritatem minue-
 47 re voluit. Contra quem faciunt supradicti auctores. † Facit etiā
 Andreas Fabricius Leodius, in Epistola ad Cardinalem Prænesti-
 num missa, posita in princ. Catechismi Antwerpia excusſi, in of-
 ficina Christophori Plantini, anno 1583. qui Illustre de Catechis-
 mo Romano testimonium protulit, per hæc verba. Si magni be-
 neficij loco haberet opus, quod singulari alicuius hominis
 iudicio, ad Illustrationem Catholicae fidei, in vulgus spargitur:
 quanto

„ quanto nobis erit illud munus , quod interueniente ecumenici
 „ Concilij sententia incæptum , quod virorum toto Christianismo
 „ celeberrimorum diligentia perfectum , quod sedis Apostolicae au-
 „ toritate corroboratum , quod denique Pij V. quod eius Pontifi-
 „ cis iussu , est editum ? Et paulo inferius , ita prosequitur dicens .
 „ An igitur Reuerendissimi Patres , vllū post sacras scripturas opus
 „ fuerit , quod maiori diligentia pastorum manibus hodie erit vol-
 „ uendum , Catechismo Romano ? an solidiori doctrina mentes
 „ hominum nostro seculo excolantur , quam , que ex Apostolica
 „ schola ? ex communi omnium Ecclesiarum Matre ? ex immobili
 „ veritatis petra emanat ? Hæc Fabricius , domini Albertis Ducis
 Bauariae Consiliarius .

48 Sed † non sunt priuatorum hominum necessaria testimonia , ad
 prædicti Catechismi Romani auctoritatem commendandam , quæ
 ipse fide publica nactus fuit , vt constat , ex prædicta superiori Ru-
 brica , ex titulo videlicet Catechismi , iuxta ea , quæ tradunt gl.
 Bart. & alij , in l. 1. ff. si cert. petat. glos. verb. Certo , in c. tibi , qui ,
 de rescript. in 6. Euerardus , in Topicis legalibus , in loco , 92. à
 Rubro , & Iosephus Mascard , de probat. vol. 3. concl. 1285. incip.

49 Rubricam . † Dic̄tio namque illa , Ex , causam proximā & imme-
 diatam significat , vt obseruant Ias. in l. non dubium , num. 23. C. de
 legibus . Quintilianus Mandosius , in repet. rubr. de const. nu. 30.
 Boschus de Codecha , in repet. cap. 1. de iudic. nu. 4. ubi Rip. nu. 4.
 & Illustrissimus D. Cardinalis Mantica , de coniect. vltim. volunt.
 lib. 11. tit. 12. num. 17. ex qua apparet , prædictum Catechismum
 fœtum quandam esse , seu effectum Concilij Tridentini , vel Rom.
 50 Pontificis . † Ut quod est causa cause , iuxta c. significasti , s. aiunt
 in Concilijs , cum ibi notat. de electione ; sit causa causati , vt do-
 cent Baldus , in l. cum in antiquoribus , nu. 4. C. de iur. deliberan-
 di , & Tiraq. de cessante causa , in princ. nu. 15.

51 Sed † neque Catechismus Romanus sic dicitur Pij Quinti ,
 quemadmodum Innocentij Quarti dicūtur sua super decretales ,
 commentaria : quia licet Innocentius per illa mirabiliter ius ca-
 nonicum illuminauerit , teste Iacobo de Beluiso , in repet. c. Ro-
 mana , in s. contrahentes , num. 1. de foro compet. in 6. & Catelia-
 52 no Cotta , in memorabili , de iurisperitis ; † Illis tamen priuatam
 tantum , nou Pontificiam tribuit auctoritatem , vt obseruant con-
 ualentinus Petrus Belluga , in Speculo Principum , Rubr. 41. de
 materia censualium , num. 11. versic. item hoc , Melchior Cano , de
 locis Theologicis , lib. 6. cap. 8. versic. præterea priuilegium , in-

- 53 fine. ¶ At Catechismo Romano publica est fides, & auctoritas attributa. Vnde, non simpliciter dicitur Catechismus Pij V. sed Pij Quinti Pontificis Maximi insu editus, ad exemplar Romani
 54 Breuiarij, & Missalis. † Quo fit, vt ipse idem Pius V. in quadam Bulla, data Romæ, pridie idus Iulij. 1570. incip. Quod primum, statim in principio, prædictum Catechismum Romanum sacrum librum appellat.
- 55 Ex † quibus apparet, vel ex hac sola Catechismi Romani doctrina, bene fundatam esse prædicatorum iurisconsultorum sententiam, circa quatuor præcipuas, ac veras Patriarchales sedes post Romanam, quatuorque Patriarchas post summum Pontificem.
- 56 † Quād etiam Ceremoniale Romanū sèpè aduerterat, vt patet, in lib. 1. sectione 14.c.2. & 3. & lib. 3. sectione, 2.c. 1. Nec omiserūt Polidorus Virgilius Romæ expurgatus, de inuentoribus rerum, lib. 4.c. 12. in princ. & Nicolaus de Lyra, super, c. 4. Apocalypsis, eadem admonere; vt nullus literarum professor, posset doctrinam illam ignorare.

Caput Quintum.

De veritate Patriarchatus Constantinopolitani, & Hierosolymitani cum Antiocheno, & Alexandrino. Et qualiter fictio in iure procedat, & de auctoritate iuris Pontificij.

S V M M A R I V M.

- 1 Expressum est etiam, quod infertur ex expresso.
- 2 Ius vanas fictiones abhorret.
- 3 Fingens Ecclesiæ dedicationem; degradatur, ibidem.
- 4 Princeps legibus est solutus, sed digne profitetur se legibus obligatum.
- 5 Prohibitum, quia malum; obligat Papam.
- 6 Papa est canon animatus.
- 7 Ius ciuale ad personas, res, & actiones respicit.
- 8 Martinus Lutherus canonum codicem ait, sibi est comburere.
- 9 Petrus Ferrariensis blasphemauit in ius canonicum, dicens sine ratione, & causa conditum esse, ibidem.
- 8 Canones à Deo procedunt.
- 9 Canones in ratione naturali fundantur.

- 10 Canones ius diuinum dicuntur aliquando.
 11 Canones suggestente Spiritu sancto conscripti.
 12 Deus veritas est.
 13 Papa Vicarius Christi, & Petri successor est, licet aliquando etiam dicatur impropriè Vicarius Petri, & num. 14
 15 Pontificum decreta veritatem respiciunt, & num seq.
 17 Nomina attendenda; in quantum sunt consona rebus.
 18 Clem. si sumus Pontifex, & similiter, de senten. excomm. expeditur, & num. seq.
 20 Papa dispositio qualitercumque constet, sufficienter probat.
 & num. sequent.
 23 Papam solo verbo facere Sacerdotes, multi dixerunt.
 Sed hoc solum Deo reservatum, tradunt alij, num. 24.
 25 Ciuitas an censeatur facta, si Princeps aliquod oppidum Ciuitatem vocat.
 26 Ius non fictile, sed vere disponit, & num. 34.
 27 Verba importantia fictionem, quando sint expressiva veritatis.
 28 Fictio iuris reperitur iuxta decem prae dicamenta Aristotelis.
 29 Poete fingunt inaniter mentientes.
 30 Fictio iuris tendit ad producendum effectum notabilem, equitati naturali non repugnantem.
 31 Fictio in casu ficto, idem quod veritas in casu vero.
 32 Patriarcham, vel Episcopum fingere; magnum ecclesiae dedecus.
 33 Consuetudo, seu potius corruptela reprobatur, quæ laicum hominem Episcopalibus insignijs ornat.
 35 Illatio non sit ex separatis.
 Argumentum ab adunatis, validum, ibidem.
 36 Priuilegiorum communicatio, quid importet.
 37 Connexorum idem est iudicium.
 38 Determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter determinat.
 39 Collecta SS. Ioannis, & Pauli expensa; Item Responsorium S. Ceciliae.
 Cognatio spiritualis plura operatur, ibidem.
 40 Catalogo verorum Patriarcharum adscripti, veri sunt Patriarchæ.
 Quæ sint in iure Diptycha ibidem.
 41 Iuuenis castus, martyr absque sanguinis effusione dicitur.
 42 Inuicta patientia quinque summorum Pontificum.
 43 Martini Papa in Cherconeso relegati Epistola, in qua erum-
 nas

48 De vera Quatuor Patriarchalium

- nas suas deplorat, siccis oculis legi non potest.
- 44 Spiritum sanctum Deum esse, quo argumento doceat Catechismus.
- 45 Diccio. Et, praecedentium qualitatem repetit, & inter aquae principalia ponitur.
- 46 Sanctissima Trinitatis una diuinitas, & aequalis gloria.
- 47 Flauius Abbas Antiochenus decantauit primo clausulam illam,
Gloria Patri, & Filio, & Spirituis sancto.
- 48 Clausula illa Gloria Patri, & Filio, & Spirituis sancto terret
demones, & fugat.
- Probat equalitatem in personis diuinis, nu. 49.
- Vsu recepta, reiectis alijs duabus clausulis, num. 50.
- 51 Dioctio, & est de substantia sacramenti Baptismi.
- 52 Extrahag. Sancta Romana, de electione, expensa, circa aequalitatem essentiae quatuor Patriarcharum.
- 53 Epistola Eugenij IIII. in si. Floretini Concilij, quomodo paritatem essentiae quadruplicis Patriarchalis ostendat, & nu. 61.
- 54 Anathema sit, antiqua in Ecclesia clausula, quid significet.
- 55 Sum, es, est, formam, & essentiam rei declarat, & nu. 60.
- 56 Deus in rerum creatione usus est verbo illo, fiat, & Papa in confessionibus faciendis, etiam illo utitur.
- 57 Gratia per verbum fiat, habet essentiam gratiae, licet non habeat formam probatoriam.
- 58 Fiat, verbum est praesentis temporis.
- 59 Baldus nibil in iure ignorauit, secundum Iasonem.
- 60 Baldus quomodo probet veram unius Papa electionem.
- 62 Nominis paritas, vel diuersitas; paritatem, vel diuersitatem entis significat, & num. 63. & 65.
- 64 Effectus a quo remouetur, remouetur etiam nomen.
- 66 Specialia duo non concurrunt.
- 67 Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Patriarchae, per omnia idem poterant, quod Antiochenus, & Alexandrinus.
- 68 Operatio, quorum una est; eorum una est essentia, ac natura.
- 69 Imperator verus modo apud Germanos est, non apud Grecos, vel alios.
- 70 Episcopi, qui auctoritate Papae assumuntur; legitimi, ac vero Episcopi sunt.
- 71 Quadriennio possidens rem a Principe; non potest in ea amplius inquietari.
- 72 Pennae quatuor animalium apud Ezechiem, coniunctae erant alterius ad alterum, & quo mysterio, quoad Patriarchas.
- Verum,

Verum quia iiii supra allegatis suminorum Pontificum decretis, & sacerdotum Conciliorum sanctionibus, non legitur verbis expressis, quod Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus (de quibus ortum est dubium) sint veraciter Patriarchæ: Ideo, ut omnis soluatur difficultas, inuestigandum erit, qualiter ex prædictis de vero illorum Patriarchatu præcipuo verè constet, atque expressè: vt ita vna cum Alexandrino, & Antiocheno (de quibus nullus dubitauit) integrum, perfectum, verumq; quartarium Patriarcharum numerum, post summum Rom. Pontificem (ad illius, & Ecclesiæ sacro sanctæ honorem, ut infra aduentu to) constituant.

- 1 Cum f vero expressum etiam dicatur, quod ex expresso inferatur, l. prætor ait, l. 1. & ibi gloss. in verb. expressum, & Bart. ff. de nou. oper. nunciat. Decius, conf. 68. num. 3. vol. 1. Rebuff. in prædictis benef. p. 1. tit. forma Vicariatus, nu. 57. & 59. & tetigi in flosculo, de clericorum excellen. p. 2. num. 102. manifeste deducitur, de istis præcipuis, verisque quatuor (post Romanum) Patriarchatibus, expresse constare: postquam de illorum institutione, in prædictis Conciliorum, & Pontificum decisionibus apertissimè constat. Absurdum namque esset intolerabile, sentire prædictas super hoc consultè factas decisiones, superficiarie tantum, ac fictitiè esse intelligendas; & non verè.
- 2 Cū f enim iura simulationes dolosas, vanasq; fictiones nedum abhorreant, sed, & penitus afficiant, iuxta Rubricas, de falsis, de mutatione nominis, de Collusione detegenda, & similes; cap. facere, de consecr. dist. 5. c. nullus præsbyter, lo 2. de consecr. dist. 1. & ibi gloss. in verb. fingat; dum degradatur clericus, fingens dedicationem Ecclesiæ, & refert Burchardus, lib. 3. de creto pum. c. 17.
- 3 Hinc f apparent; Canonum conditorēm Romanum Pontificē, magnum illum Elæazarum imitando, qui 2. Machabeorum, cap. 6. dicebat: *Non enim atati nostra dignum est fingere.* Ijs inutilibus, vanisque fictionibus nullo modo intendere; quinimo ad eas fugiendas, ut alium quempiam obligatum esse; nedum ex Rubrica illa, quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure, vtatur; cùm digna vox sit Majestatis regnantis, se Principem legibus alligatum profiteri, l. digna vox, C. de legib. Ludouicus Gomes, in regul. Cancellariae, de infirm. resonantibus, q. 1. vers. pro parte vero, & Couarr. in c. alma mater. p. 1. l. 1. nu. 5. de sent. excomm. in 6.) f Sed etiam ex eo, quod cum fictiones illæ, non sint mala; quia prohibita; sed prohibita, quia mala: ligant etiam absque

48 De Vera Quatuor Patriarchalium

- absque dubio summum Pontificem, ad eas evitandas ut in simili obseruant, Ripa, in l.hæredes, num. 60. cum seq. ff. de vulgari Gundisal. Villadiego, in tract. de Cardinalibus, quæst. 12. & Martinus Nauarrius, in Commentario de datis, ac promissis pro iustitia, vel gratia obtinendis, notab. 4. num. 11. vers. secundo, quod omnia prohibita. ¶ Maximè cum Romani Pontifices animati canones dicantur, ut ex c. ipsi sunt canonies, 9. quæst. 3. sentit ibi glossa, & deducit Nauarr. ubi proxime, notab. 32. num. 46.
- 6 - Præterea, si ius ipsum ciuile non ad nuda verba, sed verè ad personas, res, & actiones respicit, s. fin. inst. de iure naturali, lib. 2. s. & nemo, C. communia de legatis, l. vnicā, C. de dedititia libertate tollenda: nunquid canonicum ius, seu Pontificium circa inaniam, simulata, ac fictitia versabitur, & non potius circa ipsam reūm veritatem?
- 7 - Quiequid ¶ enim Petrus Ferrarensis, Martinus Lutherus, & alij deperditi homines iuris canonici auctoritatem, & dignitatē labefactare tentauerint; ut patet ex ijs, que referunt. Nicolaus Boerius, in decisi 19. incip. percutiens, num. 3. & Adrianus Papa VI. in Breue ad Fridericum Saxonie Ducem, aduersus lutherū, incip. satis, ac plusquam satis, in vers. sacrosanctis, in tom. 5. Conciliorum, pag. 201. dum hic Sanctissimorum patrum decreta, & Ecclesiasticos canones igne publicè concremare, non dubitauit. Ille vero, Ferrarensis videlicet, in sua Practica ciuili, (criminaliter tamē) scribere ausus fuit, quod iura canonica ad placitum sint, &
- 8 sine ratione condita; ¶ nihilominus tamē, ipsius canonici iuris origo, cum nedum à Papa, sed, & à Christo Domino procedat, ut post alios aduertit Franciscus Cotius, in repet. rubr. de constitut.
- 9 num. 93. ¶ In tantum iuri diuino inhæret, & in ratione naturali fundatur, ex Hyppolito Riminaldo, in repet. c. 1. nu. 46. de constit.
- 10 ¶ Quod plerunque ius diuinum appellatur, ut aduertit Ludovicus Gomes, in repet. cap. vt. animarum, num. 19. de constit. in 6. & Melchior Cano (ex iurisconsultis id explicans) de locis Theologicis, lib. 5. cap. 5. vers. tertio vero. ¶ Fuerunt enim sacri canones suggestente Spiritu sancto conscripti, c. igitur, c. violatores, c. ideo, 25. q. 2. Thomas Ferrarius, in cautela 19. num. 2. in fin. & Franciscus Arias, in repet. c. porrò, num. 63. de senten. excomm. Quo fit, absurdum esse, sentire superiores Pontificias, & canonicas constitutiones quatuor illos Patriarchas instituentes, non esse verè, & expresse intelligendas, de vera illorum institutione.
- 11 Cū ¶ enim Deus veritas sit; ut habetur Ioann. c. 14. omniaque eius

- 13 eius mandata veritas, Psalm. 118. † Sumintis autem Rom. Pontifex licet aliquando impropriè Petri Vicarius dicatur, c. ego Ludouicus, 63, distinct. c. quoties cordis, 1. q. 1. vbi Archidiaconus, num. 1. & Aluarus Pelagius, de planctu Ecclesiae, lib. 2. c. 10. col. 2.
- 14 & alij sic intelligendi; † Proprietatem tamen, ac verè Petri tantum successor, Dei autem Vicarius sit, c. inter corporalia, c. quanto, vbi glos. verb. vicem, de translatio. Episc. extrauag. vnam sanctam, §. una, de maiestate, & obedientia, Concil. Florentin. sub Eugenio III. in littera sanctæ unionis, incip. latentur, in vers. Item diffinimus, & in Bulla Pij III. circa formam Iuramenti professio-
- 15 nis fidei; † bene sequitur, quod Pontificij actus, constitutiones, atque decreta, non nisi circa veritatem versentur, vt in alio proposito tetigit Iosephus Ludouicus, & sequitur Iosephus Mascar-
dus, de probat. vol. 3. conclusione 1143. num. 3.
- 16 Pontificio † namque tribunali illa tantum sunt rata; quæ pia, quæ iusta, quæ vena sunt, vt aduertit Felix Papa III. in Decretali Epistola, c. 1. quam refert Burchardus, lib. 4. Decretorum, c. 99. in vers. in primis, bonus tex. in extrauag. sedes, de concession. præb. Ioannis 22. in illis verbis. *Sedes Apostolica in suis actibus veri-*
- 17 *tatem prosequens.* † Nam cum negotijs prouidere intendat, cap. fin. de offic. deleg. in tantum de nominibus, & verbis agit, in quan-
tum sunt verè consona rebus, c. cum secundum, de præben. ibi,
ut ipsi nominis ratio persuadet. cap. commissa, §. porro, vbi glos.
verb. faciendum, de elect. in 6. & glos. in verb. debeant, in c. si Papa,
§. si autem, de priuileg. in 6.
- 18 Neque † ijs obstat celebris ille tex. in clem. si summus Pôtifex,
in §. similiter, de sentent. excomm. dum habet, quod si Papa aliquē
sub titulo cuiuslibet dignitatis ex certa etiam scientia, verbo,
constitutione, vel litteris nominet, honoret, seu quoquis alio mo-
do tractet: per hoc, indignitate illa ipsum approbare non intelli-
gitur, aut quicquam ei tribuere noui iuris. Quem textum adhoc
celebrant multi, quos allegat Mascar. de probat. volum. 1. concl.
- 19 260. nu. 16. & 17. † Quia textus ille procedit, quando verba Pon-
tificis non principaliter, sed enuntiatiuè prolata fuerunt; Tunc
enim non disponunt verè, vt euitentur illicitæ, & damnosæ intru-
siones, vt sentit Ioan. Andr. in c. non licet, num. 2. & 5. de reg. iur.
in 6. Cardin. Zabarella, in d. clem. si summus Pontifex, nu. 2. Vin-
centius Carrosius, in repet. c. cum quid prohibetur, q. 3. num. 5. &
seq. de reg. iur. in 6. & Fœlyn. in c. cum vigesimum, nu. 5. & seq. de
offic. deleg.

- 20 Quando tamen verba dispositiū ē a Romano Pontifice profēruntur, ius verē constituant, veramque dignitatem conferunt, iux. tex. in c. si Papa, & si autem, de priuili. in 6. & ita accipiendus est Boscus de Codecha, in repet. rubr. de constit. nu. 72. ¶ Qualitercunque enim constet de expressa Papæ dispositione; nihil amplius est de illa quārendum, vt aduertit Archidiaconus, in cap. si 22 eo tempore, num. 1. de elect. ¶ Nam tunc Papæ verba plenē probant, & plenē disponunt, vt ex Calderino obseruat Mafcardus, de probat. vol. 3. concl. 1228.nu. 50. & seq.
- 23 Si tamen non defuerunt viri grauiissimi, qui obseruarunt, Papā solo verbo posse verē facere Sacerdotes; vt referunt Hypolitus Riminaldus, in repet. rubr. de constit. num. 125. & ibi Quintilianus Mandosius, num. 42, Ferdinandus Loazes quondam Archiepiscopus Valentin. in consilio pro Marchione de los Velez, dubitat. 2. in princip. num. 3. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 8. q. 5. num. 38. Marcus Anton. Cucchus, in institutio. maioribus, lib. 4. tit. 11. num. 70. & copiosa additio ad Abbatem, in cap. firmiter, §. vna verò, in verb. sis præsbyter, de summ. Trinit. & tetigi, in fol. 24 sculo, de clericorum excellen. p. 1. num. 17. ¶ (licet hoc, ob excellentiam potestatis soli Deo reseruatum esse, sentiant Abb. in d. §. vna vero, num. 1. Anton. Pretus, de præstantia clericorum, c. 1. num. 6. doctus Theologus Blasius Nauarro conualentinus, de sacro Ecclesiæ principatu, lib. 2. cap. 12. in fin. & Dominus Rutilius Bensonius Episcopus Lauretanus, de anno Sancti Iubilæi, lib. 2. cap. 27. in fine) quanto magis dicendum erit, quod quando summus Pontifex prædictas quatuor Patriarchales sedes instituit; Ve 25 raciter illas tales esse voluit; ac efficit? ¶ Nam, & quando seculatis princeps aliquem locum consultè ciuitatem nominat; verē locus illa factus est ciuitas, vt docuit magister Barthol. in l. vnic. num. 3. de Metropoli Beryto, lib. 11. C. & ibi, ad eum additio.
- 26 In tamen ijs enim, quæ iuris positivi sunt, lex non fictè, sed verē, ac mero iure agit, ac disponit, vt aduertit Quintilianus Mandosius, in regula Cancellariae 32. de impetrant: benef. per obitum famil.
- 27 Card. q. 6. num. 6. & 7. ¶ Adeo, quod quotiescumque verba importantia fictionem, apponuntur iuxta id, quod potest esse verum; semper sunt expressiua veritatis, vt docuit Bart. in l. si is qui pro emptore, num. 36. ff. de usucaptionibus, communiter receptus, vt restatur Constantius Coptius, in repet. c. licet (quod est finale) num. 44. de foro compet.
- 28 Quinimo, & ipsa fictio iuris, quæ in casu certo contrario procedit,

- cedit glos.verb.pra sumatur,in l. vnicā, §. accedit , C. de rei vxor actione ; Ias. in l. si is, qui pro emptore, num. 169. ff. de vsucap. Nicolaus Euerardus, in locis legalibus, in loco, à vi fictionis , nu. 5. vbi , in num. 6. probat reperiri fictionem , iuxta decem prædica-
 29 menta Aristotelis : + Non fingit tamen fictitiè , & inaniter men-
 tiendo ; prout est poetarum natura, ex gloss. verb. patris, in capit.
 quanto, de iureiuran. & alijs allegatis, à Ioanne Neuizano, in syl-
 30 ua nuptial.lib. 4. num. 101. + Sed fingit ex magna causa, ad aliquē
 notabilem iuris effectum producendum, æquitati naturali non re-
 pugnantem , vt aduertit Ias. in d.l. si is qui pro emptore , nu. 168.
 Zabarella, in clement. quod circa, num. 10. & seq. de elect. & Petr.
 31 Gregorius, de iuris arte, cap. 33. num. 7. & seq. + Ut sic meritò
 idem operetur fictio , in casu ficto ; quod veritas in casu vero , vt
 aduertunt prædicti , & Dominus Flaminius Parisius , de resignat.
 benefic.lib. 12. cap. 9. num. 9. A. Edubard. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.
 32 Aliter namq; fictiones maximè ius detestatur, vt supra tetigi.
 Quod in terminis Patriarcharum notum fecit octaua generalis
 Synodus , quarta videlicet Constantinopolitana, in c. 16. per hæc
 verba.. *Colligere licet, solemne fuisse in aulis Principum, statis*
quibusdam diebus, componere aliquem laicum insignibus Episco-
palibus, qui, & tonsura, & cæteris ornamentis personatum Episcopum
ageret: & creasse etiam ridiculum Patriarcham, quo se
oblectarent: qua omnia, ut in dedecus Ecclesie accusata, prohibi-
bentur sub grauibus censuris. Hæc Constantinopolitana Syno-
 dus , quæ sunt notanda (vt id obiter etiam , sed vtiliter dicam.)
 33 Tùm + contra illos , qui Salmantica (vt solitum erat , quando
 ibidem iuribus operam dabam) quolibet anno fingunt sibi aliquē
 scholarem diuitem in Episcopum ; Tùm etiam contra consuetu-
 dinem, seu potius corruptelam cuiusdam ciuitatis, dum certo an-
 ni tempore, ex Hospitali generali pauperum , quidam satuus , ac
 demens ducitur per illam cum Mitra , & Baculo Episcopali ami-
 ctus ; sub prætextu petendi eleemosynas pro Hospitali . Hunc
 enim turpem esse , & detestandum abusum aduerterat etiam Ba-
 siliense Concilium , sess. 21. de spectaculis in Ecclesia non facien-
 dis, tom. 5. Conciliorum, pag. 475. quod erat Synodalibus, & pro-
 uincialibus decretis fulciendum ; cum prædictus abusus introdu-
 ctus fuerit in prælatorum dedecus, & ignominiam Ecclesiæ: quæ
 veris tantum, non autem fictitijs Episcopis , ac Patriarchis indi-
 get , ac decoratur , iuxta dictæ Constantinopolitanæ Synodi de-
 cretum.

- 34 Ex † quibus manifeste deducitur, quod supradictæ sacrorum Conciliorum sanctiones, & summorum Pontificum decreta, dum referunt Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum Patriarchas, cum Antiocheno, & Alexandrino; verè senserunt illos quatuor, veros esse Ecclesiae Patriarchas, etiam sine alia expressione. Quod etiam alijs medijs, ac cōsiderationibus facio manifestum.
- 35 Sicut † enim ex diuersis, ac separatis non sit illatio, nec de uno ad aliud infertur, nec licet arguere, l. Papinianus, ff. de minor. Euerard. in loco legali, 18. à separatis: ita à cōtrario, abadunatis, & coequatis validum erit de uno, ad alterum argumentum, l. r.
- 36 cum similibus, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni juris. † Ea namque est natura communicationis, & exæquationis priuilegiorum, vt priuilegia vni competentia, alteri sint cōmunia, adeo quòd unus non habeat plusquam alter. l. r. vbi omnes, ff. de leg. r. & maximè , Alexan. num. 10. dicens, quod vbi A, adæquatatur B, intelligitur, , quòd omnes fauores attributi B, sint attributi A. Et facit tex. in l. i. ibi: *Vnam naturam imponere.* C. cōmunitia de legatis. Franciscus Niconitus, in c. quoniam contra, de probat. p. 2. num. 248. & Franciscus Cantuccius, in decisione Rota nouissima, 55. nu. 2.
- 37 volum. 2. † Connexorum siquidem idem est iudicium, c. translato, de constitut. ibi: *Sub eadem sponsione utraque data sunt; quod de uno dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur.* Cum similibus adductis, à Cattelliano Cotta, in memorabili, incip. conne-
- 38 xorum. † Nam una determinatio respiciens plura determinabilia, omnia pariformiter determinat. c. maiores, §. cōterum, vbi glos. verb. auctoritas, de Baptismo. l. Iam hoc iure, vers. sed si alter, ff. de vulg. Bald. in c. licet causam, nu. 19. vers. sed quæro, de prob. Iason, in l. in testamento, la prima, num. 5. ff. de testamen. milit. Neuziani. in Sylva nuptial. lib. 1. num. 186. & seq. & Niconitus, in d. c. quoniam contra, p. 2. num. 151. dicens, quòd quæ sunt paria in dispository, sunt paria in effectu, facit tex. in c. quo circa, de priu-
- 39 leg. l. eum, qui ades, ff. de vsu cap. † Facit collecta illa, seu oratio sanctorum Ioannis, & Pauli ad diem 26. Iunij, in illis verbis, *Quos eadem fides, & passio: verè fecit esse Germanos.* Et Responsorium septimum, in officio S. Cæciliae, ad diem 22. Nouembr. ibi: *Sicut amor Dei mihi tuum fratrem coniugem fecit: ita te mihi cognatum fecit, esse contemptorem Idolorum.* Quæ exornari possunt, ex vi, & efficacia cognitionis spiritualis, de qua plura cumulauit Tiraq. in l. si vnquam verb. suscepit liberos, num. 27. & seq. C. de reuoc. donat.

- 40 Cū m^t ergo Constantopolitanus, & Hierosolymitanus in catalogum, & numerum Patriarcharum cum Antiocheno, & Alexandrino adscripti sunt, & tanquam in sacris Tabulis, seu Diptychis (iuxta ea, quæ admonitu Epistolæ D. Cardinalis Paleotti, ad gl. verb. dicticis, in cap. sanè profertur. 24.q.2. de Diptychis scripsit Conualentinus Ioannes Baptista Cardona Dertufensis Episcopus, in fine libelli, de expungendis hæreticorum nominibus) conscripti; patet aperte, illos duos veraciter esse Patriarchas; sicut, & istos, l. 1. ff. de Albo scribendo, l. ex eo, ff. de militari testam. & tangit Quintilianus Mandofius, in regula Cancellariae 16. de concurrentibus super beneficio, q. 19. num. 15.
- 41 Si t̄ enim Ecclesia sancta Sanctissimos illos quinque summos Pontifices Martinum, Ioannem, Siluerium, Pontianum, & Marcelum in sanctorum Martyrum Catalogum retulit, mota quidem iustissimè, non ex lato illo dicto Ioannis Neuizani, in sylva nupt. lib. 1. num. 124. quod iuuenis castus, est martyr absque sanguinis effusione, quod, & tetigit Sebastianus Medices, in summa omnium virtutum, tit. de fortitudine, q. 6. vbi, in tertio genere martyrij col-
- 42 locat castitatem in iuuentute; t̄ sed propter insignem, excellētē, inuidiamq; constantiā, & pro catholicæ fidei confessione tuerenda, in arctissimis carcerebus, alijs quæ pœnalibus exilijs, & angustijs admirandam patientiam: iuxta ea, quæ ex Caietano in terminis refert Martinus Nauarrus, in c. importuna, nu. 8. de pœnit.
- 43 dist. 1. t̄ Et satis indicant due illæ Epistola Sancti Martini Papæ, in Cherconeso relegati deplorantis erumnas suas; cū siccis oculis legi non possunt, ut piē, & optimè dixit Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, ad Martirologium Romanum, ad diem 12. Nouembris, in scholio primo: ita ut, nullus catholicus vir assere audeat, prædictos quinq; pontifices non esse veros Christi Martyres, quantumvis in Ecclesiastico eorum officio, pro ultimo Responsorio, omisso illo; *Hic est verè Martyr.* Dicatur illud aliud; *Domine præuenisti;* Ut patet in Breuiario Romano: similiter ergo necessario dicendum est, Constantinopolitanum, Antistitem, & Hierosolymitanum, veraciter Patriarchas esse; cū numero, catalogo, alboq; verorum Patriarcharum Alexandrini scilicet, & Antiocheni additi fuerint, atque conscripti à summo Pontifice, & Apostolica Romana sede. Maximè cum id factum fuerit, absque aliqua inter ipsos quatuor Patriarchas substantialis dignitatis distinctione; aut diuersitatis signo.
- 44 Hoc t̄ etiam simili argumento usus fuit insignis ille liber Cathechismus

94 De vera Quatuor Patriarchalium

techisimus Romanus, in explicatione Symboli, ibi, *Credo in Spiritum sanctum, ut aequalitatem Spiritus sancti cum Patre, & Filio ostenderet, dicens. Nam si Pater Deus est, & Filius Deus: omnino fateri cogimur, etiam Spiritum sanctum, qui cum eis, pari honoris gradu coniungitur: Deum esse.*

45 Probatur † etiam veritas, & aequalitas Patriarchatus Constantinopolitani, & Hierosolymitani, cum Alexandrino, & Antiocheno; ponderando copulatiua illam dictiōnem, Et, qua eos numerando, vsus est Rom. Pontifex, in dicta extrauag. sancta Romana, de electione, ibi, *Et Hierosolymitanam, quartum locum voluit obtinere.* Hac enim copulatiua dictio illam habet vim, ac potestatem; vt praecedētūm qualitatem repeatat, & inter aequā principalia ponatur, vt probat tex. in l. Reos, in s. cum in tabulis, ff. de duobus reis, l. seīa, s. caio, ff. de fund. instructo, Guidopape, decis. 527. num. 1. & in singulari, 309 num. 1. 2. & 4. Ias. in l. 1. nu. 3. & seq. ff. de iust. & iure, Rocchus de Curte, in repet. rubr. de iure patron. in verb. ipse, vel is, num. 48. & seq. Marcus Antonius Bar dus, de tempore vtili, & continuo, c. 19. num. 16. Christophorus Robusterius, in decis. Rotæ nouissima 115. num. 8. par. 1.

46 Vnde † cum trium diuinarum personarum vna sit diuinitas, & aequalis gloria; vt patet in Symbole S. Athanasij, in præfatione missæ de santissima Trinitate, & in c. 1. de summa Trinit. & fide, Cathol. ideo necessario copulatiua illa dictio habetur in glorio-

47 sa illa clausula, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. † Quam, primus omnium decantauit Flavius Antiochenus Abbas, vt testatur Nicephorus Calistus, in lib. 9. Ecclesiastice historiæ, in c. 24. & habetur, in tomo primo Conciliorum, post Sardicense Con-

48 cilium, pag. 667. † Quia hac clausula singulari (qua summè ter- rentur, quamq; celerrimè fugiūt Demones; vt notabili exemplo

49 videbis apud Sophronium, in prato spirituali, c. 119.) † Aequali- tas trium diuinarum personarum apparet, vt ex Toletano Conciilio, & Vafense obseruat Paulus Grysaldus, in decisionibus catho-

50 licæ fidei, in verb. Gloria. † Et ideo omissa illa altera clausula, Gloria Patri, per Filium, in Spiritus sancto; & illa altera, Gloria Patri, & Filio, in Spiritus sancto; meritò retenta est hæc in Ecclesia Dei, quæ duabus illis copulatiuis dictiōnibus vtitur, vt ponde- rant Gulielmus Durandus, in rationali diuinorum officiorum, lib. 5. c. 2. num. 17 & Marcellus Francolinus, in tract. de tempore horarum canoniarum, par. 1. cap. 2. num. 38. 40. & seq. quia per eam vt dixi, aequalitas diuinarum personarum apparet, adiectis copulatiuis

- 51 copulatiuis illis dictiōnibus. † Quibus etiam usus est Dominus,
vt patet, Matthaei, c. fin. ibi, *Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filiij, & Spiritus sancti*. Et habetur, in c. i. de Baptismo, glos. in verb. necessarium, in c. i. de consecrat. dist. 4. Et ideo expressionem illius dictiōnis, Et, nēdum de necessitate praecepti, sed etiam de substantia Sacramenti requiri, tradit Alphōsus Viualdus, in candelabro aureo, p. i. tit. de Baptismo, num. 33. & Lelius Zecchus, tract. de sacramentis, tit. de sacram. Baptismi, in c. 3. in princ. vindendus Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in annalib. Ecclesiasticis, tom. 3. sub anno Christi, 325. in vers. 173. incip. sed quod rursus, & versic. seq. & Vigilius Papa, in Epistola, ad Eu-cherium, seu Eleutherium scripta: in c. 2. quæ habetur, in tomo 2.
- 52 Conciliorum, pag. 562. † Sic ergo in simili dico, quod cum Romanus Pontifex, in dicta extraug. sancta Romana, quatuor illas Patriarchales Ecclesias recēsēdo, usus fuerit dictione illa copulatiua, Et; apertissime significauit; omnes illas æqualiter, ac verè Patriarchales sedes esse.
- 53 Probatur † etiam, & hoc, per dictam Epistolam Eugenij IIII.
incip. lētentur cœli, circa finem, positam, in sess. fin. Florentini Concilij, in illis verbis. *Vt Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit, post sanctissimum Romanum Pontificem*: Ponde-
54 rando vim illius verbis, sit. † Sicut enim, vt quis verè, ac realiter à fidelium, & sacramentorum participatione alienus existat; nullis aptioribus verbis expressit Ecclesia, quām illis, Anathema sit; quibus, & Gangrense Concilium usum fuit, vt patet, in cap. i. & seq. 30. distinct. & alia deinde vtuntur Concilia, maxime Tridentinum; & quæ, explicant gloss. in verb. Anathema sit, in c. si quis ex clericis, de vita, & honest. clericorum, Tiraq. in l. si unquam verb. renertatur, num. 180. usque ad 184. & iterum, num. 211. C. de reuocandis donat. Nauarr. in commentario, de datis, ac promissis pro iustitia, & gratia obtinendis, notabili 4. num. 10. Vi-
ualdus, in candelabro aureo, p. 2. tit. de excommun. nu. 15. & seq. & Paulus Gryfaldus, in decisionibus catholicae fidei, verb. Anathema: ita etiam, vt veram Patriarchalem dignitatem Constantinopolitanae Ecclesiae, & aliarum Eugenius quartus ostenderet: oportuē prædictis illis verbis usus est.
- 55 Verbum † namq; sum, es, est, formam, substantiam, & essentiā rei demonstrat, iuxta illud Exodi, capit. 3. *Ego sum, qui sum*, & obseruant gloss. in verb. Mangones, in fine, in l. mercis appellatio-ne, ff. de verb. significat. vbi Petrus Rebuff. in vers. ex ista glossa,
Ias.

Ias. in l. possideri, in §. genera, num. 2. ff. de acquir. possess. & Ioannes Neuizan. in sylua nuptiali, lib. 3. num. 10. versic. & inter maritum.

56 Hinc † est, quod sicut omnipotens Deus in vera rerum creatione dignatus fuit, ut verbo illo, fiat; Genes, cap. 1. sic verus eius Vicarius in concessionibus, gratijsque faciendis, consulte eodem verbo vtitur: ut veram, ac realem concessio rei essentiam ostendat, vt speculati sunt conualētius Ludouicus Gomes, in regula cancell. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, q. 16. in vers. est in primis. Petrus Rebuff. in prax. beneficiorum, p. 1. verb. concessum ut petitur, num. 14. & Quintilianus Mandos. in regula can-

57 cellariae 33. de signatura per fiat; statim in principio. † Vnde eo ipso, quo Papa dicit, fiat; Gratia habet formam, & essentiam gratiae, licet non habeat formam probatoriam sine expeditione litterarum c. institutionis, 25. q. 2. vbi glos. in verb. præsentia. Et hæc esse magis communem, ac receptam sententiam, dixit Iosephus Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 845. num. 14. & 20. quidam multi contrarium sentiant, ut patet, ex Domino Flaminio Parisio, de resignat. benef. lib. 8. q. 2. num. 8. & seq. & lib. 10. q. 1. nu. 7. & seq.

58 Et facit, quia † hoc verbum, fiat, præsentis temporis est, ut contra glossi in verb. fiat in c. quisquis, de electione; obseruant Felynus, in c. Rodulphus, num. 26. de rescript. Ludouic. Gomes, in d. vers. est in primis, Rebuff. in d. verb. concessum, num. 15. & 16. &

59 Madosius, in d. regula 33. in quæst. 2. nu. 4. † Quo fit, ut vir ille grauissimus Baldus, qui nihil ignorauit in iure, teste Iasone, in l.

60 in suis, nu. fin. ff. de liber & posth. † ut ostenderet, quod per mortem Gregorij Undecimi, verè electus fuisset Vrbanus Papa; acute ponderabat, dictum fuisse ab Illustrissimis Cardinalibus eum eligere; ut sit Papa. Quod refert, in Consilio, seu quæstione schismatis, posita sub rubrica, C. si quis aliquem testari prohibuerit, in §. sed in contrarium, num. 6. & num. 13. in vers. Item respondeatur, addens hæc, quæ sequuntur verba. Quia verbum sit, est verbum substantiuum, effectiuum, & productiuum, ff. de hæred. insti- tuendis, l. his verbis, substantiam rei perfectissimè includens; nec est aliud verbum, ita substantificum in mundo, sicut Verbum. Sum, es, est: Hæc Baldus. † Sic ergo in simili dicendum est, quod cum Eugenius IIII. vbi supra, verbo illo, sit, fuerit vsus, numerando quatuor illos Patriarchas, post summum Pontificem; apertissimè indicauit, illos omnes verè, ac realiter esse præcipuos orbis Patriarchas.

- 62 Quid? † quod ex quo Ecclesia sacra sancta statuit Constantino-politano Antistiti, & Hierosolymitano præcipuum Patriarchale nomen conferre, sicut Alexandrino, & Antiocheno: absq; dubio veraciter sunt effecti præcipui Patriarchæ, vt in simili aduertit ad-ditio marginalis, ad glos. in verb. Vicem, in c. quanto, de transla-tione Episcopi. † Quemadmodum enim ex diuersitate nominum, diuersitas entium apparet; l. si idem essent, C. de codicillis, quam latè exornat Franciscus Niconitus, in repet. c. quoniam contra, p. 1. num. 259. & seq. de probat. † Et ideo, à quo remouetur effe-ctus, remouetur & nomen. l. à nullo, vbi bona additio margin-a-lis, C. de ferijs, Aymon Crauet. conf. 73. num. 25. vol. 1. & Mascar-dus, de probat. volum. 2. conclus. 944. incip. Inimicum, num. 29.
- 63 Sic † etiam à contrario dicendum est, quod ex paritate nominis Patriarchalis assignati Constantinopolitano, & Hierosolymitano vera, ac realis eorum Patriarchalis dignitas, & æqualitas cōstat: vt secundū nomen eorum, sic, & laus sit, in fines terræ. Psalmo, 47. bonus textus in simili, in c. scire debet, §. instar, 76. distinct. in illis verbis. *Aequalis ergo eorum necessarium, ut esset festiuitas, quo-rum æqualis esset, & sanctitas.*
- 64 Aliter † namque duo sequentur absurdā, primum, male feci-ſe Apostolicam ſedem, ſi Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus non eſſent veraciter Patriarchæ, æquando illos Alexandri-no, & Antiocheno veris apud omnes Patriarchis; ſecundum, quod Constantinopolitanus non existens verè Patriarcha, nedum veris illis æquaretur; ſed etiam primum, & honorabiliorem locum in-ter eos haberet: Cūm duo ſpecialia non concurrant l. i. C. de do-tis promiss. vbi gloss. verb. dotem, in fine, Decius, conf. 428. nu. 3. Petrus paulus Parisius, in repet. c. placuit, num. 2. de appell. & Roc-chius de Curte, in repet. rubr. de iure patr. in verb. honorificum, num. 95. At vel cogitare iſta, absurdā ſunt, & impia; ergo, & illud, ex quo ſequitur, iuxta ea, qua tradit Euerardus, in locis legali-bus, in loco 23. ab abſurdo.
- 65 Sed † neque Constantinopolitanus Antifites, & Hierosolymita-nus ſolum conſequuti ſunt verum Patriarchale no-men, quod Ale-xandrino, & Antiocheno competebat; ſed etiam verā, & æqualē cum eis, Patriarchalem dignitatē, ac potestatē. Nihil enim amplius poſſunt, vel poterant Alexandrinus, & Antiochenus in ſuis Patriarchatibus; quam poſterant Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus in ſuis exercere, d. c. antiqua, de priuilegi. d. c. graue, de prebanc venouantes, c. diffiniimus, 22. distinct. & Clem.

- in plerisque, de electione, & extra viag. sancta Romana, eo tit. Er tradunt Doctores, quos supra latè allegauit, & tetigit Pratcyus, in Lexicon iuris, in verb. Patriarchæ, in fin.
- 68 Cum t̄ igitur quorum operatio vna est, eorum quoque vna est essentia; & in ijs differentiam naturæ considerare, est impossibile: vt ex testimonio sanctorum Basilij, & Cyrilli (in re licei graviori) ponderauit S. Martinus Papa primus, in Lateranense Concilio, consultatione prima, tom. 3. Cœcilioru, pag. 90. col. 2. necessaria deducitur, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano æqualē, veramq; præcipuum Patriarchalem dignitatem competere; cum in ea parem operationem, ac potestatem acceperint ab Apostolica Romana sede, quæ veros istos titulos, & similes potest conferre. t̄ Quemadmodum, & verus Imperator modo apud Germanos est, non autem apud Græcos, vel Frâncos; postquam ita expedire decreuit Romanus Pontifex, & sedes Apostolica, vt patet, in c. venerabilem, de electione, vbi DD. notant, Arnald. Alb. in rep. rubr. de hæret. q. 2. nu. 16. & 17. & Illustiss. Card. Bellarminius cōtra Mathiâ Flacchiū Illiricū, in tract. de translat. Imperij, posito in fine septimæ controversiæ, in tom. 1. Sic etiam dicendum est, Constantinopolitanum Antistitem, & Hierosolymitanum veraciter præcipuum Patriarchatum obtinere, vna cum Alexandrino, & Antiocheno; quia illud ab Apostolica sede, Romanoq; Pontifice habuerunt, per prædicta.
- 70 Quo t̄ fit, periculosisimum esse, istud modò quouis colore negare, cum in simili sacrum Tridentinum Concilium, in sessi. 23. de sacram. ordinis, in canone 8. disposuerit per hæc verba. *Si quis dixerit Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, ac vero Episcopos, sed figuratum humatum: Anathema sit.* t̄ Cum enim rem à Principe per quadriennium possidens, amplius in ea inquietari, non possit; I. bene à Zenone, C. de quadrienni præscriptione; quam exornat Antonius Gabriel, lib. 5. conclus. tit. de acquir. possess. concl. 2. quomodo ergo ferendum erit, Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum in vera Patriarchali dignitate inquietari: quam, per plura quaternaria secula, à summo Principe terra, Romano scilicet Pontifice habere meruerunt.
- 72 Separari t̄ igitur hi quatuor Antistites, in vera Patriarchali dignitate non poterunt; quia, vt habetur Ezechielis, c. 1. pennæ illorum quatuor sacrorum animalium coniunctæ erat alterius, ad alterum. Et posset expendi, quod de iniuriosa, & seditiosa propositione

positione aduertūt inter alios, Alphonsus à Castro, de iusta hæretorum punitione, lib. 1. c. 3. in fine, versic. propositio schismatica, & vers. propositio iniuriosa, & Iacobus Simancas, de Catholiçis institutionibus, c. 5 2. num. 9. & 10.

Caput Sextum.

Vera quatuor Patriarchalium sedium erection probatur, licet diuersis temporibus facta fuerit: Cuius occasione fit mentio illius Brevis Pij V. Archiepiscopo Valentini, directi, quo reseruantur Generali Concilio verba illa *Sancta Synodus* quæ anteā Provincialibus etiam Concilijs competebant; & quid auctor super eo scripsierit sacre Congregationi Concilij, cum Responso, & Epistola meritissimi illius prefecti Illustrissimi Domini Hieronymi Cardinalis Mathei.

S V M M A R I V M .

- 1 In claris non est locus Coniecturis.
- 2 Patriarchatus institutos, ac diuisos fuisse in primo Constantinopolitano Cœcilio; referunt Socrates, & Nicephorus Calistus.
- 3 Petrus Monconus canonicus Valentinus chronographiam Pauli Galliardi auctam edidit.
- 4 Constantinopolitani Patriarchatum institutum in primo Constantinopolitano Concilio, qui tenuerunt.
- 5 Constantinopolitanum primum Concilium non instituit Patriarchatus, sed catholicos Antifitites, ab hæreticis discernere curauit.
- 6 Constantinopolitani Concilij primi canon tertius, alias quintus clanculum editus, & absque sedis Apostolica approbatione, & num. seq.
- 8 Decreti Gratiani emendatores alijs sunt, ab ijs, qui scholia ad volumina Conciliorum fecerunt.
- 9 Canon 28. Concilij Chalcedonensis, in seff. 16. editus fuit absque Romanæ sedis approbatione.
- Canon 36. sexta Synodi editus fuit absque Romanæ sedis approbatione. ibidem.
- 10 Sexta Synodus approbata.

- 11 Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.
- 12 Fictio translativa de tempore ad tempus.
- 13 Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.
Promittens dare scacchum mactum cum pedona; an liberetur,
dando cum illa, facta Domina, ibidem.
- 14 Constantinopolis ædificata Anno quinto post Nicænum Concilium, & vigesimoquinto Imperij Constantini.
Non entis non sunt qualitates, ibidem.
- 15 Hierosolymitanus tempore Nicæni Concilij parebat Metropolitano, & sic, non erat verè Patriarcha, & nu. 16.
- 17 Constantinopolitana, & Hierosolymitana inter insignes Ecclesiæ numeratae sunt, ex Constantini tempore.
- 18 Constantinus non erexit Patriarchales Sedes, ut falso dicunt
hæretici.
- 19 Nicæni Concilij tempore tantum erant verè Patriarchales Romana, Antiochenæ, & Alexandrina.
- 20 Patriarchalium sedium diuersum institutionis tempus, nihil obstat, verae dignitati illarum, & nu. 34.
- 21 Deus per incrementa temporum auxit scientiam spiritualium patrum.
- 22 Sacrorum librorum numerus maior est nunc, quam antea erat.
- 23 Concilium Prouinciale per mille, & amplius annos fuit sancta Synodus appellatum.
- 24 Concilium Valentinum primum anno Domini 469. celebratum, decretis sua vocavit sancta Synodica.
- 25 Pius V. de Consilio Illustrissimorum Cardinalium Congregationis Concilij, reseruauit Concilio generali, epithetum sanctæ Synodi.
- 26 Pius V. non intendit epithetum sanctæ Synodi à solo Valentino Concilio tollere; sed etiam ab alijs Prouincialibus: ut acumenico reseruaret.
- 27 Valentina Ecclesia solita laudabilia decreta edere.
Episcopus in infirmitate, vel morte Episcopi vicini, quid agere debeat, statuit Valentinum Concilium. ibidem.
- 28 Euangelium ut in missa post Epistolam, & ante munerum unctionem legeretur; statuit Valentinum Concilium.
- 29 Concilium Toletanum de anno 1582. non seruauit Breue Py V. circa verba illa, sancta Synodus.
- 30 Mediolanense Concilium non seruauit Breue Py V. circa verba illa sancta Synodus.

- 31 *Auctor ad sacram Congregationem Tridentini missit suam iuris allegationem, circa illa verba, sancta Synodus.*
- 32 *Illusterrimus Dominus Cardinalis Hieronymus Matthaeus sacra Tridentini Concilij Congregationis meritisimus Praefatus, quid auctori respondeat, de verbis, sancta Synodus?*
- 33 *Auctor copiam sua allegationis, & Responsi sibi dati, interpellatus dedit Metropolitano suo, ac capitulo Valentino.*
- 35 *Canonicus iunior, & modernè admissus, in voce capitulari equi-paratur seniori, & antiquiori.*
- 36 *Prior tempore, non semper est potior iure.*

- 1 **A** Perte figitur ex superioribus de præcipuo, ac vero quadruplici (post Romanum) Patriarchatu constat, Constantiopolitano scilicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, vt nullus in re tam clara relictus sit locus, coniecturis. I. ille, aut ille; S. cum in verbis, ff. deleg. 3. Nunc autem agendum erit, de causis, rationibus, ac motiuis; quare illi fuerint constituti, tam vt singuli, quam vt vniuersi. Quæ omnia nedum verum eorum Patriarchatum confirmabunt, sed etiam effectus illos notabiles decoris Ecclesia, & Primatus Rom. Pontificis producent.
- 2 In f primis autem aduertendum est, quod diuersa illarum sedium erectionis tempora, non tollunt veram, & æqualem earundem Patriarchalem dignitatem. Socrates namque in historia Ecclesiastica lib. 5. c. 8. in fine, & Nicephorus Calistus, in eadem, lib. 12. c. 13. affirmarunt institutos, diuisosque fuisse Patriarchatus, in primo Constantinopolitano Concilio. De actis enim dicti Concilij agens Nicephorus, ubi supra, habet in modum sequentem, tem, dicens. Et Provincijs diuisis, Patriarchas constituerunt. Quæ verba habentur, in tomo primo Conciliorum, in principio, dicti Concilij Constantinopoli primi, pag. 728. in vers. postea
- 3 Episcopi. f Hanc sententiam sequutus est Frater Paulus Gallisdus, in sua Chronographia, sub Damaso, quam Valentia excudendam, augendamque curauit vir vtique doctus Petrus Monconus canonicus Valentinus. f Hoc etiam sentire videntur, qui de Constantinopolitano Patriarchatu agentes, asseruerunt illum institutum fuisse, in primo Constantinopolitano Concilio, vt sunt Ramundus Russus, in Molinæum, pro Pôtifice maximo, sub nu. 8. pag. 62. in vers præterea cur, & sub, num. 19. pag. 161. in vers. cum quatuor, Michael Aninyon, de vnitate Oulîs, & Pastoris, cap. 18. num. 9. & Lelius Zecchus, in tomo de Sacramentis, de Sacramento

- mento ordinis, in c. i. vers. octana propositio, in fine.
- 5 Cōtrariū† verò docuit vir insignis, & omniimodæ lectionis Illu-
strissimus Cardinalis Baronius, in Annalib. Ecclesiasticis, tom. 4.
sub Anno Christi, 381. pag. 447. in vers. sed hic aduerte, vbi, in
vers. sed Fc̄licius, ex Sozomeno explicat mentem Constantino-
politani Cōciliij fuisse, discernere catholicos Antislites ab hære-
ticis; non verò Patriarchatus diuidere, ac instituere.
- 6 Et † quamvis pro superiori opinione facere videretur canō ter-
tius (alias quintus) dīcti Constantinopolitani Concilij primi, in
illis verbis, *Conſtantinopolitana Ciuitatis Episcopū habere oportet primatus honorem, post Romanum Episcopū; propterea, quod sit noua Roma;* Quæ verba refert Gratianus, in c. Constantino-
politana, 22. distinct. & quæ neduni institutionem dictæ sedis Pa-
triarchalis, sed etiam primum inter Patriarchales locū innuunt,
ac declarant: Verè tamen, nec superiorem opinionem fouent,
nec sententiæ Domini Cardinalis contradicunt. † Nam proba-
tiſsimorum auctorum testimonio, ac fide obſeruatum fuit, ſupra-
dictum allegatum Canonem (quo primatus Patriarcha Conſtan-
tinopolitani, ad reliquos Patriarchas probatur) ſuppoſitum fuiſ-
ſe, adulterinum, ac falſum: & tunc clanculum editum, absq; Ro-
manæ ſedis, ſeu legatorum eius approbatione; ideoque nullius
eſſe momenti, fidei, & auctoritatis, vt ſatis patet, ex Ep̄iſtolis Leo-
niſi primi Papæ, 51. 52. & 53. quas allegat ſcholium, ad ſupradic-
tum canonem, in primo tomo Conciliorum, pag. 733. repētuntq;
doctiſſimi Decreti Gratiani emendatores, in ſcholio, ad d.c. Con-
ſtantinopolitana, 22. distinct. † Quos conſtat alios fuifſe; ab ijs,
qui ſcholia, in tomos Conciliorum fecerunt, vt probat ſcholium,
ad c.augurijs, 26.q.5.
- 8 Quod † autem p̄dictus canon ſuppoſitus fuerit; innuunt etiā,
qui aduertunt, eodem vitio laborare canonem, 28. ſeſſ. 16. Chalce-
donensis Concilij, & canonem, 36. ſextæ Synodi; quibus idem
quod in dicto Conſtantinopolitano diſpoſitum videtur. Quamvis
Cucchus, in institutionib⁹ maioribus, lib. 2. tit. 3. de Concilio,
num. 54. aliter acceperit Chalcedonensis Concilij mentem. Hos
enim canones priuatis quorundā Antiftitū, aliorumq; inſolent-
tiū hominum p̄ſumptionib⁹, absque tamen affensu Romanæ
ſedis editos fuifſe, testatur Franciſcus Torrenſis, in tract. de potest.
Papæ, lib. 3. pag. 109. in vers. ſequitur iam, & in tract. de actis veris
ſextæ Synodi, fol. 64. in vers. ſequitur 36. canon. Albertus Pighius,
quem allegat Melchior Cano, de locis Theologicis, lib. 5. c. fin.

in

in vers. nunc sextum argumentum, & lib. 6. c. 8. in responsione ad
vndecimū, vers. huic loco, & Illustrissimus Cardinalis Baronius,
in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 6. pag. 157. in vers. considera le-
ctor, & vers. at certe, cum vers. seq. + Quæ etiam sunt obseruanda,
ad ea, quæ de approbatione sextæ Synodi per Leonem secundum
facta, habet Damasus, in pontificali, tom. 3. Conciliorū, pag. 370.
& Gratianus, in c. sextam Synodum, & in c. habeo librum, & in c.
sexta Synodus, 16. distinct. & Romanum Breuiarium, ad diem 28.
Iulij, in lectione 4.

11. Nullum + ergo Constantinopolitani Concilij decretum illud
tertium, vel quintum præstat impedimentum: cum de iure non
sortiatur effectum, vt habet regula iuris, in cap. non præstat, in 6.
Tunc enim de facto, & Imperatorum potentia epithetum illud si-
bi usurpauit Constantinopolis, vt patet, in d. scholio, c. Constanti-
nopolitanae, 22. distinct. non vero de iure. + Nisi Philosophari vo-
lunus, quod, cum postea procedente tempore (ex iustis causis in-
ferius deducendis) verè fuerit Constantinopolitana Ecclesia Pa-
triarchalis facta, & in ordine illarum quatuor, prima; vi fictionis
translatiæ, ad not. in l. si is qui pro emptore, ff. de usucap.
conseretur hoc modo facta in ipso primo Constantinopolitano
Concilio; sed neque hoc locum habet, quia Ecclesia sancta non
ratum habuit, quod tunc de facto factum fuit; sed illud ius postea
ex iustis causis concessit. + Et ita hæc qualitas verè intelligenda
est secundum tempus verbi. l. Rutilia Polla, ff. de contrah. empt. cu-
jus regulam exornant Bart. in l. ex facto, num. 1. ff. de vulg. Iacob.
Nouell. in reg. 166. incip. Qualitas adiecta, Flaminius Parisius, de
resignatione beneficiorum, lib. 1. q. 11. num. 10. & faciunt, quæ tra-
dit Thomas Actius, de ludo scacchorum, q. 12. num. 102. & seq. di-
sputans, an, qui promisit, dare scacchum mactum cum pedona,
liberetur, si dederit ea facta domina.
14. Tempore + verò Nicenij Concilij, cum non esset adhuc condita
Constantinopolitana ciuitas, sed lapsis postea quinque annis; an-
no scilicet 25. Imperij Constantini, vt Beatus Hieronymus aduer-
tit, in chronico; euidenter patet, quod tunc nullus erat Patriar-
cha Constantinopolitanus, quia non entis, non sunt qualitates. l.
cuius, qui in Provincia, ff. de rebus creditis, & vbi non est subiectū,
corruit correlatum, vt ex Baldo obseruat Ludouicus Gomes,
in simili, in c. 1. num. 7. de constitut. in 6.
15. Hierosolymitanus + autem Antistes tunc verè Patriarcha non
erat, cum esset subditus Metropolitano, vt patet, ex canone septi-
mo

- mo eiusdem Concilij, in illis verbis. *Quoniam mos antiquus ob-*
tinuit, & vetusta traditio, ut Eliae (idest Hierosolyma) Epi-
scopo honor deferatur; habeat consequenter honorem suum, ma-
nente tamen Metropolitana ciuitatis propria dignitate. Et re-
 16 *fert Gratianus, in c. mos, 65. dist. ¶ Quod expresius habetur, in*
canone 10. eiusdem Concilij, ex illis octuaginta canonibus, ex
Arabico Codice habitis, diligentia doctissimi Francisci Turriani,
in illis verbis. Quia est consuetudo honorandi Episcopum Eliae,
nomine Patriarchae: cum est dignus honore propter sanctitatem
lori, & probitatem eius; praesit ei Provincia, & locis ei vicinis,
reddatque Archiepiscopo eius loci debitum honorem. Hac Con-
cilium. Contra substantiam squidem Patriarchalis dignitatis
*est, subiici Metropolitano, cap. antiqua, cum similibus, de priuile-
 17 *Fateor ¶ equidem, Constantinopolitanam Ecclesiam, & Hiero-*
solymitanam Constantini Imperatoris tempore, inter insignes, &
principias Ecclesias numeratas fuisse; ut patet, ex edicto Con-
stantini, vers. & sicut nostrā, in tom. primo Conciliorū, pag. 475.
c. Constantinus, lo 2. in vers. atq; decernentes, 96. distinct. & sen-
sit Gregorius Papa, in Epistola ad Secundinum Episcopum, in c. 2.
in versic. hinc est; non tamen eo tempore sunt habitæ verè Pa-
triarchales. + Callidē enim, ac dolose hæretici dicunt, Constan-
tinum Imperatorem erexisse Patriarchales Ecclesias, quos optimè
refutat Illustrissimus Cardinalis Baronius, infra allegandus.
 18 *Ex † eodem aurem Nicāno primo Concilio, in can. 8. ex Arabi-*
co Codice, ut habetur, in tomo primo Conciliorū, pag. 578. con-
stat Patriarchales sedes iam tunc fuisse Romanam, Antiochenam
& Alexandrinam. Vnde patet euidenter, quatuor post Roma-
nam Patriarchalium sedium erectionis tempora: diuersa fuisse, ut
infra etiam clarius patebit.
 19 *Illud † verò perpetuo obseruandum est, quod quamvis harum*
quatuor insignium Patriarchalium sedium institutiō, non fuerit
simul, & semel ab Ecclesia facta; in substantia tamen, & essentia,
vera Patriarchalis dignitatis, priores, & posteriores pares sunt,
& omnino aequales: neque ijs est ratione temporis aliquid dimi-
nitum, quod non tam cito verum Patriarcharum consequen-
 20 *tur, quam illæ. + Nam, & Deus omnipotens, qui tempora, ac*
momenta posuit in sua potestate, Actorum, cap. 1. per incrementa
temporum dignatus fuit, scientiam spiritualium etiam patrum,
augere. Plus namque Moyses, quam Abraham: plus Prophetæ,
*quam Moyses; plus Apostoli, quam Prophetæ in omnipotentis**

Dei

Sedium erectione, &c. Cap. VI.

- Dei scientia eruditii sunt, ut ijsdem verbis docuit egregius Ecclesiae Doctor, & Sanctissimus Pontifex Gregorius Magnus, lib. 2. in Ezechielē, Homilia, 16. post medium, in vers. qua in re hoc quoq.^{3:} Facit illud Psal. 118. *Super omnes docentes me intellexi. Et Exodi, c. 6. ibi, Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente; & nomen meum Adonay, non indicavi eis.*
- 22 Hinc, & multa sunt, vltimis Ecclesiæ sacroſanctæ Concilijs, ac ſummorum Pontificum Decretis aliter, quām antiquitus statuta; quod eft, vel mediocri studioſo plusquam notorium. Et circa numerorum ſacrorum librorum obſeruauit Cōuarruias, lib. 4. refolut. c. 14. nu. 3. & ſeq.
- 23 Hinc & etiam factum eft, quod quāmuis Prouinciale Conciliū, inter alia insignia eius epithetā (quæ, in loco statim allegando, cumulaui) per mille, & amplius annos liberè fuerit, Sancta Synodus appellatum (quod occaſionem dedit Martino de Ayala Valentino Archiepifcopo, vt cum anno 1566. Valentinum Prouinciale Concilium ad obſeruantiam ſacri, & æcumenici Tridentini celebrasset, ſepiuſ illud, Sanctam Synodum appellarit. & Maximè, cum primum illud, in eadem ciuitate anno Domini 469. die 4. Decembris habitum, teste Petro Antonio Beuter, in Chronica Hispaniæ, lib. 1. cap. 27. Decreta ſua, Sancta Synodica dixerit,
- 24 vt patet ibidem, in can. 3. in tom. 2. Conciliorum, pag. 538.) & Nihilominus tamen re diligentius, ac maturius conſiderata, foel. memor. Papa Pius V. prædictum epithetum Sanctæ Synodi, & illi Concilio Ayalæ, & alijs Valentia habendis fufculit; ſolisque generalibus Ecclesiæ Concilijs reſeruauit, de quo fuit Breue Apoſtolicum expeditum, de confilio Illuſtrissimorum Cardinalium Congregationis Concilij, Datum Rome apud sanctum Petrum, ſub annulo Piscatoris, die 4. Nouembris, 1567. incip. *Prouinciale Concilium Valentinum.* Fuitque, per obitum Ayalæ, Ferdinanduſ Lloazes (qui illi ſucessit in Archiepifcopatu) directum:
- 26 Cum & verò, non fuſſet intentio sanctissimi Pij V. & eius ſacré Congregationis Concilij, per illud Breue, à ſolo Valentino Concilio epithetu S. Synodi euocare, ſed, & à reliquis omnibus; vt ſic
- 27 ſolo generali Concilio competeret; vt patet, in dicto Breue: & Maximè cum Valentia Ecclesiæ conſtitutiones nedum à Toletanis Concilijs fuerint ſequuntur, vt patet in Concilio Toletano, 7. in c. 3. de cura habenda à vicino Epifcopo, in infirmitate, & morte vici- ni, vt de reuelatione confacerdotis gaudeat, aut de ordinatione domus ſuæ fratrem admoneat, volūtatem eius in effectum dedu-



cat, & post oblatum in eius commendatione sacrificiū Deo, mox
 diligentissimè sepulturæ tradat: prout statuerat Valentiniū Con
 cilium primum, in cap. 4. in tom. 2. Conciliorum: † Verū etiam,
 ab vniuersali Ecclesia fuerint receptæ, & exequitioni mandatae,
 vt patet ex dicto Concilio Valentino primo, in c. 11. dum statuit,
 quod Euangelium in Missā post Epistolam, & ante munerum illa-
 tionem legeretur; vt dixi, in Flosculo de clericorum excellentijs,
 p. 2. §. 14. num. 94. & tetigit Franciscus Gratianus, in compendio
 iuris canonici, p. 1. dist. 3. num 62. † Scirem autem, prædictum
 Breue Pij V. non fuisse obseruatū, in Concilio Toletano postea
 celebrato, anno scilicet 1582. † Neque in Mediolanensibus Con-
 ciliis, etiam post dictum Breue habitis, & tomo quinto Conci-
 liorum insertis: vt patet, in Concilio primo in princip. tit. de pro-
 fessione fidei, vers. sacri igitur, in illis verbis. *Nos, & Coepisco-
 pi nostri, initio huius Sanctæ Synodi.* Et p. 3. tit. de pœn. in vers.
 vt nemini, & in Concilio 4. in subscriptione Procuratoris Reue-
 rendissimi Episcopi Dertonæ, cum duabus sequentibus, & alibi:
 † Ideo, vt epithetum, quo ante ipsum Breue Valentino Concilio,
 sicut cœteris vti licebat, omnibus etiam ubique celebrandis pro-
 uincialibus Conciliis, interdictum censeretur, vt ex ratione di-
 eti Breuis colligitur, Decreui die 27. Ianuarij 1594. (licet vt
 particularis illius Ecclesiæ, ac indignus præbyter, & inter V. I.
 Doctores minimus) allegationem quandam iuris, ad sacram acu-
 menici Tridentini Concili Congregationem humiliter mittere.
 32 Quam † verò benignè receperit prædicta Illustriſima, & sacra
 Congregatio, à me ibi deducta, satis aperte indicauit Illustriſi-
 mus D. Cardinalis Hieronymus Matthæus, vir vtique apud om-
 nes tam nobilitate generis, quam integritate animi, quamq; iu-
 ris scientia, quam denique maximo rerum usu laudatissimus, &
 meritissimus illius sacrae Congregationis Præfектus, in Epistola,
 quam mihi sola benignitate, ac nobilitate sua scribere, dignatus
 „ fuit; in modum sequentem. Admodum Reuerende Domine.
 „ Cum Prouincialis illa Archiepiscopi Valentini Synodus, de qua
 „ nuper ad me scripsisti, ad sacram hanc Congregationem Tridenti-
 „ ni Concilij interpretem inspicienda, ac recognoscenda missa
 „ fuit: summa quidem cum diligentia, ac maturitate omnia in ipsa
 „ Synodo contenta, expensa, atque examinata fuerunt, ab ijs patri-
 „ bus, qui eo tempore, prædictæ Congregationi præerant. Itaque,
 „ quod nunc à me requiris, vt tibi ratio diuersitatis aperiatur, cur
 „ ijdem patres tunc de dicta Synodo Prouinciali dum ea Sæcta Sy-
 nodus

„ nodus appellatur, verbū, Sancta, tollendum censuerint, cum ta-
 „ men idē verbum in pluribus Provincialibus Conciliis non semel
 „ legatur; Gratum mihi certè fuit quæsitum tuum, sicut gratissimū
 „ extitit studium, & eruditio, quam præ te fers, in pluribus locis
 „ animaduertendis, ac colligendis. Verum cum certò sciām, gra-
 „ ues illos patres, tunc non nisi summa cum ratione, dictionem il-
 „ lam de huiusmodi Synodo sustulisse, minime nunc meæ partes es-
 „ se videntur (nulla necessitate cogente) hoc in controuersiam vo-
 „ care; cum potius meæ partes sint, illorum Patrum auctoritati, ac
 „ prudentiæ omnino acquiescere, & corundē sententia plane adha-
 „ rere. Quod reliquum est, meam tibi benevolentiam, ac volunta-
 „ tem promptam, ac paratam scias, idque, ut re ipsa intelligas, si
 „ vsus venerit, curabo. Interim salutem, & incolumitatem tibi à
 „ Domino exopto. Romæ, die 14. Nouembris, M D XCIII.
 „ Tuus in Domino Hieronymus Cardinalis Matthæus.

33 Ex † hac enim Epistola prudentissima simul, ac humanissima
 (quam inter præcipua mea seruo, tantum enim copiam illius, &
 prædictæ meæ allegationis interpellatus dedi Domino Ioanni à
 Ribera Archiepiscopo Valentino, & eius Capitulo) & ex superio-
 ri Pij V. Breui apertissimè constat, prædictum Sanctæ Synodi epi-
 thetum, quod antiquitus Provincialibus Conciliis commune
 erat, tractu temporis per dictum Breue cōsultè fuisse generalibus
 tantum Conciliis reseruatum, quando videlicet dignatus est Do-
 34 minus hoc Ecclesiæ suæ aperire. † Sic etiam dico in simili, quod
 quāmuis primis illis Ecclesiæ temporibus Romana, Antiochena,
 & Alexandrina tantum fuerint veraciter habitæ Patriarchales se-
 des; tractu tamen temporis (quando scilicet ita expedire, intel-
 lexit Ecclesia) Constantinopolitana, & Hierosolymitana ve-
 raciter quoque Patriarchales effectæ, atque declaratae sunt: Ut
 sic ipsi usmet Ecclesiæ honor, & Rom. Pontificis primatus magis
 appareret, ex illo præcipuo, ac vero quadruplici Patriarchalium
 sedium numero. Hæ enim oēs in substantia Patriarchalis dignita-
 tis pares sunt, & omnino æquales: licet alia, alias tēpore præces-
 35 ferint. † Quemadmodum, & Iunior Canonicus moderne admis-
 sus, in voce Capitulari seniori, & antiquiori æquiparatur, vt post
 alios obseruat Ioannes Baptista Ferretus, in repet. c. cum omnes,
 num. 13. de constitut.

36 Sed, † & cum regula illa, c. qui prior est tempore, potior est iu-
 re, de regul. iur. in 6. multas à iure ipso patiatur exceptiones, vt
 ibi notatur & tetigit Antonius Negusantius, in tract. de pignor.

p.3. membr. 2. Hinc sicut Antiochenia Ecclesia, licet à Petro prius fundata quam Romana (vt infra aduerto) Romanæ tamen cessit; sic, & Constantinopolitana; quæ ultimo loco (vt multis placet) ad verum Patriarchatum est, assumpta, primum tamē locum post Romanam adepta fuit, locoque, & ordine præcedit Alexandrinā, & Antiochenam, & Hierosolymitanam, vt patet, in iuribus supra adductis: Quia facies Aquila: erat desuper aliorum trium sacrorum animalium, vt patet Ezechielis, c. 1. & dixi alibi.

Caput Septimum.

De Patriarchatu Antiocheno aliqua adducuntur
specialia, & notabilia.

S V M M A R I V M.

- 1 Antiochenia Ecclesia prius quam Romana erecta.
- 2 Nisi Vrbs dicta Antiochia.
- 3 Antiochie nomen pluribus ciuitatibus iniunctum.
- 4 Antiochia Epidaphne dicta, ob Apollinis simulacrum; sed à Turcis, Seleucia dicitur.
- 5 Antiochia, à quo condita.
- 6 Antiochia quare facta Patriarchalis.
- 7 Antiochenia Ecclesia Germana Romane.
- 8 Antiochenus Antistes Catholicus appellatus, & Theopoleos, & num. II.
- 9 Euangeli Ioannis, c. 21. verba illa, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus; adimpta fuerunt, in simili numero suffragaeorum Antiocheni Patriarchæ.
- 10 Antiochenus Patriarcha centum quinquaginta tres suffraganeos habuit, in quibus erant quatuordecim Metropolitanæ.
- 11 Pardulphus Prateius de omissione notatus, circa Antiochenum Patriarchatum.
- 12 Regem Catholicum appellari, magnum est, ex Beato Gregorio Papa.
- 13 Rex Hispanie per excellentiam Catholicus appellatur, ex concessione Apostolica.

- I**ntra t̄ predictas autē Patriarchales quatuor Ecclesiās, erecta
 primo, atque fundata fuit Antiochēta. Fuit enim à Beato
 Petro antequām Romana constituta, vt aduertit Illustrissimus
 Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis in tomo pri-
 mo, sub Anno Christi 39. in versicu. denique, ex quo, Onuphrij
 Panuini lapsus contrarium dicentis, appetat. t̄ Quæ verò hic di-
 centur, non intelliguntur de Nisibi Vrbe, in finib⁹ Persarum po-
 sita; licet Antiochia etiam dicta fuerit, de qua agit Couarruiias,
 lib. 4. resolut. c. 7. t̄ Neque de alijs multis ciuitatibus, quæ simile
 nomen habuerunt, de quibus agit Abrahamus Ortellius, in The-
 sauro Geographico, in verb. Antiochia. t̄ Sed de illa, quæ anti-
 quitus Epidaphne appellata fuit, ex illo simulacro Apollinis, de
 quo meminit idem Illustrissimus Cardinal. Baronius, ad Marty-
 rologium Romanum, sub die 24. Ianuarij, in verb. Babylæ, Quæ
 què modo à Turcis, Seleucia appellatur, vt refert Ortellius, ubi
 supra.
- 5 Hæc t̄ enim Syriæ Vrbs est clarissima, totiusq; regionis illius
 caput à Seleuco Nicanore condita, & nomine Antiochi patris sui.
 6 Antiochia dicta, vt patet ex Strabone. t̄ Cuius nobilitas, & am-
 plitudo effecit, vt Patriarchatu decoraretur, iuxta ea, quæ Diuus
 Leo Papa primus docet, in Epistola 84. ad Anastasium, circa finē,
 & Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in dicto tomo 1.
 Annalium, sub Anno Christi, 39. & 45. & alia, quæ supra tradidi.
- 7 Antiochena t̄ namq; Ecclesia Germana Romana meruit appellari ab Innocentio primo, in Epistola, 14. ad Bonifacium præsby-
 terum, vt habetur, in tomo primo Conciliorum, pag. 78 l. ex quo,
 utriusque cathedralē officium Ecclesiasticum ordinatum fuit, vt in
 8 Breuiario Romano patet. t̄ Et hinc (forsitan) illius Ecclesiæ Anti-
 stes dicebatur sacrosancta Antiochena Ecclesia Catholicus, de-
 quo meminit insignis Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris, lib.
 15. in c. 7. num. 5.
- 9 In t̄ Antiochena etiā Ecclesia nedum celebris Antiphonarum
 usus cepit, vt ex Tripartita historia referunt Vualfridus, de Exordijs,
 & incrementis rerum Ecclesiasticarum, cap. 25. vers. dicen-
 dum. Amalarius Fortunatus, de Ecclesiast. offic. lib. 4. cap. 7. vers.
 vt Tripartita, & Rodulphus Riuo, de Canonū obseruātia, propos.
 12. Verum etiam adimpta sunt sensu, & mysterio verba illa-
 Euangelijs, quæ habentur, Ioannis, cap. 21. videlicet. Ascendit
 Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis pīscibus
 centum quinquaginta tribus. In illis enim innuit Dominus nu-
 merum

merum suffraganeorum Antiocheni Patriarchatus: ut habetur, ex libro Cancellariae Apostolicæ, in Provinciali omnium Ecclesiærum, post medium, in versin Patriarchatu Antiocheno. Quod transcripsit Franciscus Gratianus, in Compendio iuris canonici, p.3. dist. 1. num. 9. & Albericus de Rosate, in rubr. ff. de statu hominum, sub num. 11. vers. in Antiocheno.

10. Habuisse † autem Antiochenum Patriarcham, predictos centum quinquaginta tres suffraganeos (ex quibus, quatuordecim erant Archiepiscopi) referunt etiam Frater Philippus Bergomensis, in supplemento chronicarum, lib. 6. in fine: vers. Antiocha, Guelmus Redoanus, de simonia mentali, p. 1. c. 16. nu. 10. & Petrus Gregorius (licet Archiepiscopos suffraganeos duodecim tantum asserat) in d. lib. 15. Syntagmatum iuris, c. 7. num. 4.

11. Ex † quibus de tempore, & nobilitate tanti Patriarchatus breuiter constat. Mirandumque est, Pardulphum Prateyum, in lexicon iuris, in verb. Patriarchæ, de isto insigni Patriarchatu non meminisse, numerasseque quatuor præcipuos Patriarchas tantū, cōputato Romano; sed illi, & supradicta obstant; & quæ infra dicentur. Romanus siquidem Princeps Patriarcharum est, cui quatuor supradicti obediunt, Cōstantinopolitanus scilicet, Alexadrius, Antiochenus, & Hierosolymitanus; Vt cumque Antiochenus noster, Catholicus diceretur, ut vidimus; & Theopoleos, in Authentico, de sanctissimis Episcopis, s. iubemus igitur; & ibi gl. in verb. Theopoleos.

12. Non † est autem infimum prædicti Patriarchatus encomium, qđ eius Antistes, & Patriarcha; appelletur Catholicus, iuxta ea, quæ in simili Gregorius Papa Childeberto Regi Francorum in Epistola 6. dicebat, videlicet, *Esse autem Regem, quia sunt, & alij, non mirum est; sed esse catholicum, quod alij non merentur; hoc satis est.* Et referunt Aluarus Pelagius, de planctu Ecclesiæ, lib. 1. c. 37. in primo, col. 4. & Petrus Rebuffus, in concordatis Galilæ, rubr. 1. de Approbatione conuentorum, verb. benemeritis, vers. item legimus.

13. Qui † tamen Catholicæ Regis titulus, proprius Regum Hispaniæ Apostolica concessione factus fuit, in Ferdinando, & Elisabetha; ut notoriè constat. Quinimo ex Gotthorum tempore, Reges Hispaniæ illo honorifico titulo acclamati fuerunt, ut ex tertio Toletano Concilio constat, circa Recaredum Regem, & Baddam eius confortem. Quod etiam aduertit Dominus Cardinalis Gaspar Contarenus, in summa Cōciliorum magis Illustrium, dum

dum de prædicto Toletano Concilio agit. Videndus Conrradus, in Templo omnium iudicium, lib. I. c. 2. §. 3. ex. nu. 14. vbi aliqua adducit, ad excellentiam Regum Hispaniæ pertinentia, cui tamen copiosæ fieri possent additiones, quæ apud alios fidelissimos auctores habentur.

Caput Octauum.

De Patriarchatu Alexandrino aliqua adducuntur
specialia, & notabilia.

S V M M A R I V M .

- 1 Alexandria Orbis Theatrum dicta, & quando fuit facta Patriarchalis.
- 2 Alexandria Leontopolis dicta, à Turcis autem Scanderia; à quo, & quando condita.
- 3 Alexandrina diuitiae, Adagium.
- 4 Alexandria nobilis ciuitas, clarissima, & alijs fuit epithetis decorata.
- 5 Alexandrinos fallaces, & seditionibus delectari; refert Ti-
raquellus.
- 6 Alexandrini respeclu aliarum ciuitatum, Primarij, seu Prima-
tes vocabantur.
- 7 Popularis unius maximæ ciuitatis, an adæquetur, vel præfera-
tur ciui, alterius minoris ciuitatis.
- 8 Alexandrina quare facta Patriarchalis sedes.
- 9 Alexandrina Praefectura longè præstabat Syria Praefeturæ, ideo
prælata Alexandrina Antiochenæ, in ordine Patriarchali.
- 10 Alexandrinus Patriarcha inter alios suffraganeos habebat de-
cem Metropolitanos.

1 **A**lexandrinus † verò Patriarchatus, postea fuit constitutus, Anno si quidem Domini, quadragesimo quinto. Scripto enim à Beato Marco Euangelio, venit in mentem Petri, ut ex Roma aman-
tissimum discipulum mitteret Alexandriā, ut ibi fundaret Eccle-
siam, Euangeliūque prædicaret; vbi, velut in quodam Orbis
Theatro, ex Asia, Africa, & Europa innumeræ ferè gentes essent
simil collectæ. Ut patet ex Illustrissimo Baronio, in Annalib. Ec-
clesiasticis, tomo I. sub anno Christi, 45. in vers. Marcus igitur
& vers.

- & vers. prædictis, & in eodem tomo, sub anno Christi, 64, in vers.
Verum et si daremus, pag. 601.
- 2 Hæc enim Alexandria (ad differentiam aliarum eiusdem nominis) Aegypti ciuitas à famoso illo Alexandro Macedone, Anno ante Aduentum Christi, 320. ædificata fuit. Hæc Leontopolis appellabatur, vt refert Pierius Valerianus, in Hieroglyphicis, lib. 1. verb. vigilantia, vers. hinc Alexander; modoq; à Turcis Scanderia dicitur, vt refert Abrahamus Ortellius, in Thesauro Geographico, verb. Alexandria; meritoque ob eius etiam amplitudinem, isto insigni patriarchatu fuit decorata. Tam copiosis autem opibus, mercibusque affluit, vt adagio illi, locum dederit, videlicet, Alexandrinæ diuinitat; quod Paulus Manutius obseruavit. Pro quo facit illud, Naum, c. 3. ibi, *Cuius diuinitate mare*.
 - 4 [†]Vnde, Imperator ciuitatem istam nobilem vocat, in I. vetus, vers. quia vero, in Authent. de Iudicibus, collat. 6. & Clarissimam, in I. vnicā, C. de offic. Iudic. Alexandriae, alijsq; Epithesis decorauit, de quib. meminit Petrus Cornelius Baderodius, in Thesauro dictionum Iuris, tomo 1. verbo, Alexandria.
 - 5 Deniq; licet Andreas Tiraquellus, in scholijs ad Alexandrum ab Alexando, Genialium dierum, lib. 4. c. 13. in verb. Alexandrini, retulerit Alexandrinam gentem fallacem esse, & seditionibus delectari: [†]Nihilominus tamen, tanta fuit Alexandrinorum ciuium dignitas, quod meruerint respectu aliorum primarij, seu primates vocari, vt probat tex. in I. vnic. de Alexandriae primatibus. lib. 11. C. iuncta ibidem gloss. in verb. Corporatos, vbi tituli, & legis verba declarans, ita habet. De omnibus ciuibus dicit, qui omnes sunt Primates, respectu aliarum ciuitatum.
 - 7 Ex [†]quo Bartholus, ibidem nu. 2. docuit, popularem mediocrem vnius nobilis, & maximæ ciuitatis, videlicet Alexandrinæ: debere plus honorari, præferendumque esse, cui alterius minoris ciuitatis, de quo vide ibi additiones, Cassaneum, in Catalogo gloria mundi, par. 11. considerat. 14. & Tiraquellum, de Nobilitate, c. 12. num. 1. [†]Vnde prædictæ Alexandrinæ Ciuitatis nobilitas, & amplitudo insignis causa, & ratio fuit, vt ibidem sedes principalis poneretur, vt expresse aduertit Petrus Gregorius, Syntagmatum Iuris, lib. 15. c. 6. num. 3. sensitque Illustrissimus D. Cardinalis Baronius, vbi supra. [†]Sicut & eadem consideratio causa fuit, vt Alexandrina, licet posterior i. istituta, Antiochenæ præferetur, eo quod præfectura Alexandrina, Augustalis

Augustalis dicta, iuxta Rubr. C. de officio præfectis Augustalis ab Augusto eo nomine insignita, magnificentissimeque præceteris ab eodem nobilitata: longe præstabat Syria præfecturæ, ut expresse obseruauit idem Illustrissimus Baronius, in dicto tomo primo, sub Anno Christi, 39. in vers. Qualis esset. + Consul-tissimè igitur factum est, ut Civitas, cuius ciues Primarij, seu Primates dicebantur: eius quoque Antistites, & Præsul: insignis esset, ac præcipuus Patriarcha. Habuit autem inter alios suffraganeos prædictus Patriarcha, decem Archiepiscopos, ut patet, ex Epistola Imperatorum Theodosij, & Valentiniani ad Diocorum Alexandrinum scripta, in illis verbis: *Igitur, & tua sanctitas, sumptis secum, decem Reuerendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt Diœcesi.* Et habetur in Chalcedonense Concilio, in Actione prima, tomo 2. Conciliorum pag. 135. & sequenti.

Caput Nonum.

De Patriarchatu Hierosolymitano aliqua adducuntur specia-
lia, ad eius verum Patriarchatum cognoscendum.

S V M M A R I V M.

- 1 Hierusalem quadruplex, ex Innocentio III.
- 2 Hierusalem clarissima Vrbis Orientis.
- 3 Hierusalem varijs nominibus antiquitus appellata, & nu. 5.
- 4 Hierosolyma electa à Domino nostro Iesu Christo, ad opus redemp-tionis humani generis faciendum.
- 6 Hierosolymitana Ecclesia aliarum Ecclesiarum mater aliquando dicta fuit, & nu. 7.
- 8 Hierosolymitana Ecclesia Mater Christiani nominis.
- 9 Hierosolymitana Ecclesia Mater Religionis.
- 10 Hierosolymitana Ecclesia primatum in Romanam, aliqui illius Antistites temere presumperunt.
- 11 Hierosolyma consultè non est locus summi Sacerdotis.
- 12 Prædicatio Euangeli ab Hierosolymis inchoanda fuit.
- 13 Singularia doctorum dicta, cum grano salis accipienda.
- 14 Hierosolymitano Antistiti tres Palestinae adiudicatae sunt in Concilio Chalcedonense, & quæ illæ sint.
Antiochenus Patriarcha duas Phenicas, & Arabiam possidebat

- tempore Chalcedonensis Concilij. ibidem.
- 15 Hierosolymitana Ecclesia partim ex Antiochena, partim ex Alexandrina aucta; ad verum Patriarchatum peruenit.
- 16 Hierosolymitanus Patriarcha inter vigintiquinque suffraganeos, quatuor Archiepiscopos habebat.
- 17 Illustrissimi Domini Card. Baronij de vero Patriarchatu Hierosolymitano insignis locus, ex Gulielmo Tyro.
- V italiciani Papæ, & Iustiniani Imperatoris tempore constituta vere patriarchalis Hierosolymitana Ecclesia fuit in Concilio Constantinopolitano. ibidem. & nu. 35.
- 18 Iustinianus Imperator quando sumpserit Imperium, ostenditurque lapsus glossæ, & Baptiste Cacialuppi.
- 19 Hierosolymitana absque praesentia Petri vere facta Patriarchalis sedes fuit.
- 20 Pratum spirituale Sophronij sepe Hierosolymitanum Antistitem, Patriarcham vocat.
- 21 Decretales quatuor Hierosolymitano Patriarchæ directe, in volume Decretalium.
- 22 Intra quatuor esse; Adagium, idest in tuto, & intra propriam domum esse.
- 23 Domus propria tutum cuique refugium, ac receptaculum.
- 24 Hierosolymitana Ecclesia vere Patriarchalis est.
- 25 Episcopi a Romano Pontifice assumti; veri, ac legitimi sunt Episcopi.
- 26 Pardulphus Prateyus notatur, circa Ecclesiæ Hierosolymitanæ.
- 27 Dicis causa, significat aliquid non verè, sed ad pompam, & fictitiæ factum.
- 28 Discipuli Dei admonitu, Ecclesiam è Hierosolyma ad Pellam mutarunt ad tempus. & nu. seq.
- 30 Diuortium verum est, quod animo constituendi perpetuam divisionem fit.
- 31 Abesse non dicitur, qui statim redditurus est; sicut nec venisse dicitur, qui statim abiit.
- 32 Philippus ab Abptonio vituperatus, quod ex Pella ortu haberet.
- 33 Gilbertus Genebrardus appellat Hierosolymitanam Ecclesiam Patriarchalem, ex tempore Iacobi Apostoli.
- Amitti non potest, quod non habetur. ibidem.
- 34 Gratianum emendare multi voluerunt.
- 35 Constantinopolitanum Concilium tempore Iustiniani non sub Iulio, sed sub V italiano Papa celebratum fuit.

- A**d Hierosolymitanum Patriarchatum accedendo, sciendum est, Innocentium III. in Sermone unico, in Dominicam latare, in vers. sex dies, quadruplicem Hierusalem considerasse; Superiorem videlicet, quae est in patria; inferiorem, quae est in via, interiorem, quae est in anima, & exteriorem, quae est in Palestina. **H**ec, quae clarissima Vrbs est orientis, ut ex Plinio refert Nicephorus Calistus, Ecclesiastica historia, lib. 10. cap. 33. in fine, **V**arijs pro tempore nominibus appellata fuit, Salem videlicet, Salomonia, Aelia, & similibus; vt refert Eusebius, Ecclesiastica historia, lib. 4. c. 6. Ioannes Ludouicus Viualdus, in opere Regali, in tract. de Magnificentia Salomonis, notabili sexto, §. vt ex dictis Iosephi, Abrahamus Ortellius, in Thesauro Geographico, verb. Hierosolyma, & tetigit gloss. prima, in c. quoniam mos, 65. distin. & ibi Cardinalis à Turrecremata.
- P**ostquam autem clementissimus Dominus noster dignatus fuit, ciuitatem illam ad opus nostræ salutis, & redemptionis faciendum eligere, vt sacra testatur Euangelica historia, & tetigit videndus Arnaldus Albertinus, in repet. rubr. de haereticis, q. 11. in errore 3. Iudaorum, nu. 4. **I**llustrioribus nominibus est insignita, dictaque fuit ciuitas magni Regis, Matthæi c. 5. Diuina, ac sanctæ Resurrectionis; vt iuxta Iustiniani nouellas, 40. & 123. obseruauit Prateyus, in Lexicon iuris, in verb. Patriarchæ. Quinimo, & ab ipsis Turcis proprio Idiomate, Lecoust, appellatur; hoc est; Vrbs sacra; vt aduertit Ortellius, vbi supra, qui etiam refert, dictam suisse quadriurbem.
- D**enique **t**anta fuit Hierosolymitanæ Ecclesiæ dignitas, quod à maioribus nostris, aliarum Ecclesiarum Mater fuerit appellata, vt, qui illam regeret, omnes mundi Ecclesias regere videretur. Quod non obscure sensit S. Clemens Papa, in Epistola, ad Iacobum fratrem Domini, in inscriptione, in illis verbis: *Episcopo Episcoporum, regenti hæbreorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed, & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei prouidentia fundata sunt.* Hæc S. Clemens Papa. **E**t expresse habetur, in Epistola Constantinopolitani Concilij ad Damasum Papam, & Romanum Concilium, in vers. in ea vero Ecclesia; vbi Hierosolyma Mater Ecclesiarum appellatur, quae habetur, in tomo primo Conciliorum, pag. 731. col. 2. & refert Dominus Gregorius Nunius Coronel Augustiniani ordinis Religiosissimus, de optimo Reipublicæ statu, p. 1. lib. 3. c. 4. **Q**uibus concordat Iustinianus Imperator, in Epistola ad Hormisdam Papam, incip.

- quod suim us , circa finem, in illis verbis : *Et Hierosolymitanam præcipue , cui tantum omnes fauorem impendunt ; quasi Matri Christiani nominis , vt nemo audeat ab ea se se discernere ; Et 9 habetur , in tomo 2. Conciliorum , pag. 516. † Et Tertullianus temporibus Apostolorum vicinus , in lib. 4. aduersus Marcionem , Hierosolymitanam Ecclesiam , Matrem Religionis appellat ; vt refert Couarruias , in Pract. quæst. c. 19. nu. 2.*
10. *Et † quāuis ex ijs primatus Hierosolymitanæ Ecclesiæ , in Romanam non probetur (licet , & hoc aliquando temerè , & de facto aliquis illius Ecclesiæ Antistes præsumpsiterit attentare : vt ex Polidoro Virgilio , de Inuentoribus rerum lib. 4. c. 7. refert Cassaneus , in Catalogo gloriae Mundi , p. 12. considerat. 62. in vers. primo est caput , patetque ex accusatione , & ex purgatione Polycronij , in cap. 6. lo 2. Incip. Erat quidam sacerdos , tomo 2.*
- 11 *Concil. pag. 7.) † Cum omisssis alijs considerationibus , specialiter congruebat , quod sicut mutabatur lex , & sacerdotium , locus etiam summi Sacerdotis mutaretur ; & sic Hierosolymis non esset , iuxta c. translato , de constit. vt in hoc etiam verificarentur verba illa , Apocalypsis , c. 21. Ecce noua facio omnia ; vt testigat Cassaneus , vbi proxime , & Lelius Zecchus , in tom. 1. de Romano Pontifice , tit. hæreses , hæresi prima , in Responsione ad*
- 12 *nonum argumentum. † Nihilominus tamen , quanta fuerit Hierosolymitanæ Ecclesiæ dignitas , non solum ex superioribus gloriosis eius Epithetis apertissime constat ; cum Mater Religionis , & Ecclesiæ meruerit appellari , verum etiā ex eo , quod ultra superiore à Domino nostro in illa operata beneficia , Euangelij prædicatio in remissionem peccatorum in omnes gentes , incipienda erat ab illa : vt Dominus dixit , & habetur , Lucæ c. 24. in fin.*
- 13 *† Cum quo grano salis superiora intelligo ; sequendo conualentinum Petrum Bellugam , in speculo principum , Rubr. 11. de propositione grauaminum , in §. compendiosè ; num. 12. dicentem , singularia dicta esse cum grano salis accipienda .*
- 14 *Ex † ijs igitur pijs , iustisque considerationibus creuit in dies , ipsius Hierosolymitanæ Ecclesiæ auctoritas , & amplitudo : vt tempore Chalcedonensis Concilij , orta inter Hierosolymitanum Antistitem , & Antiochenum Patriarcham , maxima Dicecesum contentione , sic fuerit facta concordia : Quod sicut Antiochenus habebat duas Phenicas , & Arabiam : ita Hierosolymitanus tres Palestinas (de quibus vide Vuolfangum Lasium , de Republica Romanorum , lib. 2. c. 2. tit. Diœceses prætorio orientis subiectæ) habe-*

haberet, ac possideret. Quod auctoritate eiusdem Sacri Concilij confirmatum fuit, ut patet ibidem, in actione 7. in princip. tom. 2. Conciliorum, pag. 288.

15 Crescente † Denique in ipsam Hierosolymitanam Ecclesiam, Christi fidelium deuotione factum fuit, ut Vigilij Papæ, & Imperatoris Iustiniani tempore, de Antiocheno Patriarchatu, itemque de Alexandrino; tantum fuerit Hierosolymitanæ Ecclesiæ concessum, atque largitum; totque eidem decreti, atque assignati suffraganei Antistites: Ut verum Patriarchalis sedis titulum, honorem, ac potestatem consequi mereretur, ut ex libro Cancellariæ Apostolice habetur, in Prouinciali omnium Ecclesiærum, in vers. iuxta traditiones, & refert Hieronymus Paulus Barchinonensis, in fine suæ Practicæ Cancellariae, & Albericus de Rosate, in Rubr. ff. de statu hominum, post nu. 11. in §. iuxta traditionem veterum.

16 Inter † alios autem suffraganeos Episcopos, quatuor ex tunc fuerunt ei subiecti Archiepiscopi, Tyronensis videlicet, Cæsariensis, Nazareth, & Petracensis: ut refert Gulielmus Redoanus Episcopus, in tract. de Simonia mentali, p. 1. c. 16. nu. 10. quorum duo antea suffraganei erant Antiocheni, alij vero duo: Alexandrini. Quod, ex testimonio Gulielmi Tyri Metropolitæ, obseruauit Ramundus Ruffus, in duplicatione in patronum Molinæi, pro Pontifice Max. fol. 31. col. 2. & explicans locum ipsius Tyri, de Bello sacro, lib. 14. c. 12. obseruauit etiam Illusterrimus D. Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 7. sub Anno Christi 553. Vigilij Papæ, anno 14. & Iustiniani Imperat. anno 27. in pag. 441. in vers. acta illa. Cuius notabilia, & aurea verba habent in hunc modū. † Tempore prædicti Principis, Iustiniani, videlicet, congregata est Synodus generalis apud Constantino, polim, tēpore D. Vigilij Papæ, Eutychij Cōstantinopolitani, Apolinaris Alexandrini, Pauli Domni Antiocheni, & Eustochij Hierosolymitani Patriarcharū: super tribus capitulis, &c. In qua Synodo post alias Populo Dei necessarias institutiones, quas pro tēpore promulgandas decreuerat sanctorum Patrum, qui ad eā conuenierant auctoritas; prædictam Deo amabilē Hierosolymitanam, honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locum inter Patriarchas dare, communi sanxit voluntate; reuerentiam exhibens sanctæ Resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei cultrix ciuitas, quasi in limite Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet, ynde illi Vrbi ordinaret suffraganeos, nisi vtriq; Patriarchæ

, chæ aliquid detraheret; Visū est expedire, ab vtroq; aliquid detra
 ,, here, vt eidē iuxta formā aliorum Patriarcharū ordinaret subie-
 ,, ctos. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cæsariensem, & Scythopolis-
 ,, tanū Metropolitanos: Alexadrino vero Rubensem, & Berythensem
 ,, itē Metropolitanos. & qm̄ iterū, eundē Patriarchā oportebat habe-
 ,, re præter supradictos Metropolitanos, familiares suffraganeos,
 ,, quos Græci Syncellos vocāt: subtraxerūt prædictis Metropolitanis-
 ,, nis, quosdā Episcopos; & quosdā de nouo crexerūt, vsq; ad vigesim-
 ,, mumquintum. Hæc ex dicto Gulielmo Tyro Illustriss. D. Card.
 Baronius, addens, hæc eadem reperiſſe scripta, in Bibliotheca
 Vaticana, in Codice notissimo, cui est titulus, liber censuum,
 quæ etiam paucis quibusdam (manente tamen eodem sensu)
 mutatis habentur, ex libro prædictæ Cancelleriæ, in Provinci-
 li omnium Ecclesiarum, in d. vers. Iuxta traditiones.

18 Ex † quo insigni, & illustri loco cunctis in hoc proposito anteponendo, duo colligo notabilia, pri mūl psum fuisse Ioannem Baptistam Caccialupum, in tract. de modo studendi, post documenta, in tit. Compilatio iuris ciuilis, dicentem, Iustinianum Imperatorem suscepisse Imperium, die prima Aprilis, Anno Domini 646. contra quem etiam est Antonius Contius, in Chronologia annorum Imperij Iustiniani, dicens suscepisse Imperium, Anno Domini 527. Quæ etiam adde ad Accursium nostrum, in gloss. verb. prima indictione, in Auth. vt præponatur nomē Imperatoris, turpius in hoc errantē. † Alterum verò, quod ex superiori loco deducitur, est id, quod principaliter tractamus, quod Hierosolymitana Ecclesia, nulla facta Apostoli Petri mentione, ex alijs iustis causis verè fuerit erecta in Patriarchalem sedem; & vera Patriarchalia priuilegia consequuta. videndus Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, p. 4. considerat. 9. in princip. & Michael Aninyon, in tract. de Vnitate Oulilis, & Pastoris, capite 21. num. 20.

20 Vnde, † liber ille Sophronij (vel ad Sophronium) Pratum, spirituale nuncupatus, & paulopost hoc tempus editus, merito Hierosolymitanum Antistitem Patriarcham appellat, vt patet 21 in c. 127. 145. & 149. † Et in volumine Decretalium, quatuor reperio directas Hierosolymitano Antistiti Decretales Epistolæ, expresso nomine, ac titulo Patriarchali, vt patet, in inscriptiōnibus, c. tuæ, de Clericis peregrinis, c. volentes, de offic. deleg. c. accendens, vt lite non contestata, & c. nouit, de ijs, quæ fiunt à Prælato, sine consensu Capituli.

- 22 Quare † afferere Hierosolymitanam Ecclesiam nomine tantum non re, honore non potestate erectam fuisse in Patriarchalem sedem: quo iure defendi modo possit, non video. Constat enim ex superioribus, mirabiliter in ea verificatum fuisse adagium illud, quod habet, intra quatuor esse: pro eo, quod
 23 est, in tuto, & intra propriam domum esse. † Vt ita, sicut dominus cuilibet tutum est refugium, ac receptaculum, ne ab alijs offendii possit: l. pleriq; cum ibi notatis, ff. de in ius vocando; ita etiam Hierosolymitanus Antistes, intra quaternarium Patriarchalium sedium numerum collocatus, a nullo debeat viro Catholico super eo amplius molestari. † Sed cum Illustriss. D. Card. Baronio sentiendum, qui in dicto tomo 7. Annī Christi, 553. in pag. 441. in vers. meminisse debes: notabilia verba illa scripsit,
 , videlicet: Nunc ergo primum Hierosolymorum Ecclesia Pa-
 , triarchatu vere aucta cognoscitur; licet eodem nomine saepe eius
 , Episcopum ante haec tempora usum esse, inueniatur. Hac Domi-
 25 nus Cardinalis. † Nam ex Concilio Tridentino sess. 23. de Sa-
 cramento ordinis, in Canone 8. haec habentur verba: Si quis di-
 xerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontifice assumuntur,
 non esse legitimos, & veros Episcopos, sed figmentum hu-
 manum: Anathema sit. Quo sit, vt Hierosolymitanus Antistes
 verè sit Patriarcha; cum à Romano Pontifice in dicto generali
 Concilio constitutus fuerit.
 26 Vnde † appetat apertissimus lapsus Pardulphi Prateij, vel al-
 terius, cuius sit, in suo Lexicon iuris, versiculus ille, qui incipit.
 Patriarcha; dum dicit, quod cum Romanus Occidentem, Ale-
 xandrinus Africam, & Constantinopolitanus partem Europæ, &
 Afiam propè vniuersam obtineret: quædam Ecclesiæ, Hierosolymitanæ relicta fuerunt; Dicis causa. Et ideo sicut supranotaui,
 eiusdem versiculi omissionem, quam fecit de Antiocheno Pa-
 triarchatu; ita modo, non potest sine reprehensione transire,
 quod de Hierosolymitano dicat, assignatas illi fuisse Ecclesiæ
 illas; Dicis causa.
 27 Cum † enim haec verba, vt in eodem Lexicon habetur, in verb.
 Dicis causa, significant, aliquid non verè, sed ad pomparam, lu-
 foriè, ac fictitiè fieri; quod & obseruant Stephanus Forcatulus,
 in Necyomantia iurisperiti, siue de occulta iuris prudentia, Dia-
 logo 7. nu. 3. Couarruiias, lib. 4. resol. c. 8. & D. Cardinal. Ga-
 briel Paleottus de sacri Consistorij consultationibus, p. 2. q. 7.
 in vers. certè aliquib. colligitur et sensisse, Hierosolymitanum
 Antistitem

Antistitem non verè , sed fictè esse Patriarcham, quod iuxta prædicta , erroneum est , ne dicam haereticum .

- 28 Neque † vero Hierosolymitano Patriarchatui obstat , quod voce Domini admoniti Discipuli fuerint , transferre Ecclesiam , Hierosolymitanam , in ciuitatem quandam , cui nomen erat Pella ; quod ex testimonio Eusebij , & Epiphaniij factum fuisse , refert Melchior Cano , de Locis theologicis , lib. 6. c. 8. in solutione ad decimum , vers. quod si sententia , & Illustris. D. Card. Baronius , in Annalib. Ecclesiasticis , tomo 1. sub Anno Christi , 74.
- 29 in versic. quod igitur : † Primo , quia mutatio illa , seu translatio non in perpetuum , sed ad breue tantum tempus facta fuit ; quoadusque videlicet , ablatis ex Vrbe sanctis , & iustis viris ; vindictæ cœlesti fieret locus , vt Eusebius aduertit , Ecclesiastica historiæ , lib. 3. c. 5. Quo fit , vt cum statim Hierosolymam redierit ;
- 30 ab ea diuertisse ultra illum effectum : non videatur . † Diuortium namque non est verum , nisi quod animo perpetuam constituendi diuisionem sit . I. 3. ff. de Diuort. c. Diuortium , de Pœnit. distin. 1. glos. verb. quasi nunquam , in c. nam & ego , de verb. signific. Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 1. vers. quoniam autem .
- 31 † Sicut enim venisse non videtur , qui statim abiit : ita , nec abesse , qui statim redditurus est , vt ad plures iuris effectus considerant Petrus Rebussus , in Praxi beneficior. p. 3. tit. de permutatione , num. 12. & in Concordatis Galliæ , Rubr. de collationib. §. 1. gloss. in verb. Etsi residentiam deseruerit , & Andreas Tiraquellus , in l. si unquam , in verb. suscepere liberos , nu. 176. C. de reuocan. donat. Vnde Antistites illi , nunquam Pellani dicti sunt à ciuitate Pella ; sed Hierosolymitanum nomen conseruarunt .
- 32 † Maximè cum legamus , viruperatum fuisse Philippum quendam , ab Abphtonio declamatore , quod ex omnium Barbarorum vilissima gente ortum haberet ; nempe ex Pella , vt obseruauit Tiraquellus , in tract. de Nobilit. c. 12. nu. 7.
- 33 Secundò † autem , prædictæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ in Pellass translatio , ac mutatio ; vero illius Ecclesiæ Patriarchatui non obstat , maxime cum illo tempore non esset adhuc verè Patriarchalis constituta , vt supra ostendi , quantumuis grauissimus Gilbertus Genebrardus , in Chronologia , in lib. 3. agens de Anno Christi , 44. dicat Ecclesiam illam ex tempore Iacobi Apostoli Patriarchalem fuisse . Vnde patet , quod per dictam translationem (dato , quod ad hoc alias potens esset) amittere Patriarchatum non poterat ; quem adhuc verè non erat conse quuta .

quuta . iuxta reg. tex. in c. ad dissoluendum , de Desponsatione
impuberum , cum similibus . Et hæc satis modo esse videntur . Qui-
bus adde Petrum Gregorium , Syntagmatum iuris , lib. 15. c. 8.

- 34 Dūm † non omittas aduertere , quod inter alios Gratiani la-
psus in Decreto , de quibus Felynus , in cap. ex parte , lo primo ,
num. 43. vers. opinionem , de rescript. Cæpolla , de Cognitione li-
brorum iuris canonici , nu. 18. & seq. Tiraq. de Nobilitate , cap. 31.
35 num. 538. & Roias , de Hæreticis , p. 1. nu. 58. † Hic vnius addi po-
test , quod prædictum Constantinopolitanum Concilium tempo-
re Iustiniani habitum , dicebat celebratum fuisse sub Julio Papa;
prout legebatur , in c. sexta Synodus , vers. quinta , & in c. prima ,
quinta , 16. distinct. quod inter alios notauerat Egidius Pirrinus ,
in vita Iustiniani , in fine , & in emendatione Decreti , fuit correctū;
animaduersumq; non sub Julio , sed sub Vigilio (vt supra tacitum
fuit) habitam fuisse Synodum illam , in qua Hierosolymitana Ec-
clesia , verè fuit facta , & erecta Patriarchalis sedes .

Caput Decimum .

De Patriarchatu Constantinopolitano aliqua adducuntur
specialia , ad verum illius Patriarchatum cognoscen-
dum: Item , de vi Gratitudinis , pacis concilian-
dæ , & de efficacia Pontificiæ volunta-
tis , in casibus iuris positivi .

S V M M A R I V M .

- 1 Constantinopolis , Dei admonitu adificata fuit .
- 2 Bizantinis Episcopum dedit Beatus Petrus .
- 3 Constantinopolis , Bizantium prius dicta , ex Constantino Ma-
gno nomen mutauit .
- 4 Constantinopolis inter alia eius nomina , æterna ciuitas dicta , &
Mater Christianorum Orthodoxæ Religionis .
- 5 Constantinopolis ad verum Patriarchatum peruenit , decreto Vi-
gilij Papæ .
- 6 Constantinopolitana Ecclesia , an priusquam Hierosolymitana
fuerit facta verè Patriarchalis ; controversum .
- 7 Romani Pontifices ex tempore Vigilij Papæ vocarunt Ecclesiam
Constantinopolitanam ; Sedem Patriarchalem .

- 8 Adrianus secundus assensum prebuit consecrationi Therasij Patriarch Constantinopoli.
- 9 Constantinopolitana, ut fieret verè Patriarchalis, duæ adducuntur præcipue causæ notabiles.
- 10 Constantinus Imperator insignem fecit Beato Siluestro Papa, & Ecclesiæ donationem.
- 11 Donationis Constantini tenorem retulit Albericus L.C.
- 12 Donationis Constantini tenor, in Lateranensi Basilica conservatur, & in Constantinopolitana Bibliotheca erat scripta.
- 13 Aquila Romani Imperij quando, & quare cœpit duo capitula habere.
- 14 Constantinopolis facta Patriarchalis, ob gratitudinem donationis Constantini.
- 15 Tenemur benefaciens, benefacere oīl dū non contumelias.
- 16 Leones duo acceptum beneficium naturali gratitudine compensarunt.
- 17 Ingratitudo, ex omni lege peccatum.
- 18 Ingrati grauissimè pleblebantur apud Athenienses, Macedones, & Persas.
- 19 Actiones contra ingratis non in omnibus casibus fuerunt à iure constituta; ne alias ille sole omnia fora, ac Tribunalia occuparent.
- 20 Ingratiturper, ac viles persona dicuntur, moraliter non viuunt, omnia habent vitia, nec terra creat peius ingrato homine.
- 21 Reipublicæ nihil magis est necessarium, quam in referenda gratia.
- 22 Principibus conuenit maxime remunerare facta sibi seruitia.
- 23 Constantius Imperator S. Hilarium ab exilio reuocauit, quia ei librum detulit, & num. 23.
- 24 Librum componere, sudoris, ac vigiliarum negocium est.
- 25 Auctori codex proprius manuscriptus furatus; actio datur, tanquam pro magno furto.
- 26 Ecclesia Antidorati obligatione tenetur remunerare benemeritos, & quare.
- 27 Episcopus teneatur circumspicere benemerita, in Ecclesiam suam exhibita.
- 28 Episcopi multa specialia possunt, ut remunerent facta Ecclesie seruitia.
- 29 Pensio est beneficij seruitus.
- 30 Pensio potest ab Episcopo imponi, ut remuneret seruitum notabile.

- bile Ecclesiæ suæ factum.
- 31 Labor illius, qui beneficium Reipublicæ afferit, remuneranus est.
- 32 Romani Pontifices beneficos, ac remuneratores iustè se exhibent, potissimè secularibus Principibus.
- 33 Carolus Magnus laudabilia exhibuit Ecclesiæ seruitia.
- 34 Adrianus Papa secundus Carolo Magno potestatem dedit eligendi Pontificem.
- 35 Bulla, qua Carolus Magnus poterat summum Pontificem elegere; inter præcipuos Regni Francie Thesauros aliquando asserta fuit.
- 36 Leo Papa Octavianus Ottoni primo Regi Theutonicorum facultatem concessit eligendi Pontificem.
- 37 Ludovicus Caroli Magni filius, & Otto Rex Teuthonicorum renunciaverunt concessioni eligendi Pontificem.
- 38 Romani Pontifices reuocarunt concessiones factas secularibus Principibus eligendi Pontificem; quia eis abutebantur.
- 39 Facultas eligendi Pontificem concessa secularibus; an fuerit reuocata, vel potius per ipsos renunciata.
- 40 Imperatores nunquam fuisse ipsos concessione illa eligendi Pontificem; referunt Ramundus Ruffus, ac Nauarrus Aspilueta.
- 41 Lotharius Imperator lege lata declarauit ius eligendi Pontificem ad se non pertinere.
- 42 Constantini Magni donatio ab aliquibus restitutio dicta.
- 43 Donatio Constantini facta Ecclesiæ remuneratoria fuit.
- 44 Frater Melchior Cano de Lepra Constantini dubitauit.
- 45 Gratia gratiam parit, Adagium.
- 46 Charitatis tres sorores qualiter ab antiquis depictæ, & qua significacione.
- 47 Donatio Constantini non fuit facta ea conditione, ut Constantinopolitana Ecclesia fieret Patriarchalis.
- 48 Remuneratio ex parte remunerantis, personalis est.
- 49 Dignitatis nomine factum, transit in successorem dignitatis.
- 50 Apostolica sedes nunquam moritur.
- 51 Res transiunt cum suo onore.
Hortigratarum immortales; Adagium ibidem.
- 52 Remuneratoria dispositio favorabilis est, & interpretatione iuanda.
- 53 Successor an teneatur remunerare seruitia, prædecessori suo facta.

- 54 Nobilitas nisi in beneficijs elargiendis crescat, existimat se nihil praestitisse.
- 55 Pacis, & concordiae fructus multi, ac laudabiles.
- 56 Scandala multa fuerunt in Orbe, ob prætensionem Patriarchatus Constantinopolitani.
- 57 Inimicitia inter litigantes oritur, ex ipsa natura litis.
- 58 Forus causarum à Plutarcho appellatur Regio Impiorum.
- 59 Litigare, simile est Demonum actibus.
- 60 Laudandus est, qui lites execratur: quia in iudicio amarissimus animarum rancor innascitur.
- 61 Litis incommoda multa, & magna: ex S. Yuone Aduocato.
- 62 Seditiones, ac partialitates de sua natura peccatum continent.
- 63 Catholicorum discordia auxit infidelium statum.
- 64 Confratricie laudabiles institute, ad pacem inter discordes conciliandam.
- 65 Episcopus debet esse fons concordiae.
- 66 S. Martinus in fine vitæ, clericos Cödatensis Ecclesiae cōcordauit.
- 67 Summus Pontifex pacis Pelagus, & Mare Magnum concordiae appellandus.
- Sūmmus Pontifex in sola Ecclesiarum, ac fidelium pace delectatur, ibidem.
- 68 S. D. N. Clemens Octauus potentissimos Reges Hispanie, & Gallie conciliauit.
- 69 Christus in terram descendens, pacem per Angelos nunciauit, & in cœlos rediens; Discipulis in Testamento reliquit.
- 70 Lateranensis Ecclesia in tertio Agnus Dei in Missa non dicebat dona nobis pacem; quasi instar cœlestis Hierusalem, summa frui pace lataretur.
- 71 Summi Pontifices semper curarunt Orientales, & Occidentales concordare.
- 72 Graci ab unitate Latina Ecclesiae diuersis captis occasionibus se substraxerunt, & quarè potissimum.
- 73 Summi Pontifices ob conciliandam pacem, verum Patriarchatum Constantinopolitanum exererunt; & primum inter alios Patriarchatus collocarunt.
- 74 Constantinopolitanus Patriarcha inter alios suffraganeos; habebat vigintisex Metropolitanos.
- 75 Voluntate, ac potestate omnes humani actus perficiuntur.
- 76 Tria omnes actus canonizant, & integritatem omnium actuum producunt, & num. seq.

- 78 Papæ dispositioni semper inest modi congruitas.
- 79 Romanus Pontifex omnes Ecclesiasticarum dignitatum The-
sauros reconditos habet.
- 80 Papasolus potest Pralatos mutare, ac intronizare.
- 81 Principi quod placet; legis habet vigorem.
- 82 Valentina Ecclesia in Metropolitanâ erecta, ab Innocêto VIII.
- 83 Sacrilegium est, de potestate Papæ disputare.
- 84 Rodulphi Cupers locus emendandus.
- 85 Ex antiquitate temporis præsumitur aliquid fuisse institutum,
& sic à maioribus ad nos peruenisse.
- 86 In antiquis omnia præsumuntur rectè, ac solemniter acta.
- 87 Constitutiones iuris Orientalis interpretatae ab Enimundo Bo-
neficio, probat quatuor præcipuos ultra Romanū Patriarchas.
- 88 Leges Hispania Partitarum ostendunt etiam, quatuor esse ultra
Romanum præcipuos, ac veros in Orbe Patriarchas.

1 C onstantinopolitanā † ciuitatem à prima eius origine, Dei
admonitu ædificatam fuisse: tradit Sozomenus, Ecclesiasti-
cæ historiæ, lib. 1. c. 2. † Hæc cum Bizantium prius diceretur (cu-
2 ius Bizantinis ciuibus Beatus Petrus Apostolus Episcopum misit,
vt refert Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annali-
bus Ecclesiasticis tomo 1. sub Anno Christi 44. pag. 304. in vers.
3 idem scribit) † ob nobilitatem tamen, amplitudinemque à Magno
Constântino Imperatore postea mirifice consequitā, ab illo quoq;
nōmen feliciter mutauit: cœpitque Constantinopolis dici, vt ad-
uertunt Nicephorus Calistus, Ecclesiasticæ historiae, lib. 7. c. 48. &
seq. Petrus Gregorius, Syntagmati iuris, lib. 15. c. 5. nu. 7. & Petrus
Gillius, in lib. de Constantinopolitana ciuitate, quē cum alijs alle-
gat Abrahamus Ortellius, in Thesauro Geographico, in verb. Cō-
4 stantinopolis. † Ultra alia verò, quæ de illa notantur, ad Rubricā,
de priuilegijs Vrbis Constantinopolitanae, lib. 11. C. & in alijs iu-
ribus, accuratè à Petro Cornelio Barderodio cumulatis, in The-
sauro dictionum, ac sententiarū iuris, tomo 1. verb. Cōstantinopolis;
non minimū locū obtinent, quod æterna ciuitas dicta fuerit,
vt patet, in l. si qui, de diuersis prædijs vrbanijs, lib. 11. C. et Mater
Christianorum Orthodoxæ Religionis, in l. decernimus, C. de sa-
crosanctis Ecclesijs. Quod tamen seruato debito honore Romanæ
Ecclesiæ intelligendū esse; optimè aduertit gloss. ibidem, in verb.
Matrem, & sic etiam intellige, l. Constantinopolitana Ecclesia. C.
co. tit. in illis verbis, omnium aliarum est caput.

Denique

- 5 Denique suo congruo tempore, ex iustis, notabilibusq; causis
inferius expendendis, Constantinopolitana Ecclesia ad verum
Patriarchalis sedis titulum, & honorem Vigiliij Papæ decreto as-
sumpta fuit, vt obseruat Franciscus Torrensis, de Actis veris se-
xtæ Synodi, sub canore, 36. in vers. postea Vigilius. + Contigit
autem id, post Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosoly-
mitanam; vt docet Cathechismus Romanus, p. 2. c. 7. de Ordin-
nis Sacramento, nu. 27. & sensit integra illa, c. inter quatuor,
de maioritate, & obedientia, inferius inferenda, arguendo ab
ordine literæ: quamuis Hierosolymitanam ultimo tempore fuisse
admissam; sentiat locus ille Tyri Metropolitæ, quem supra
cum Domino Cardinale Baronio allegauimus, sed hæc, veræ
erectioni vtriusque Patriarchalis non obstant. + Vnde ex prædi-
cti Vigiliij Papæ tempore, Constantinopolitanus Antistes verè, ac
libere coepit appellari Patriarcha, etiam ab ipsis Rom. Pontifi-
cibus: quorum loca cumulauit Antonius Augustinus, in Epito-
me veteris iuris Pontificij, p. 1. de personis, lib. 2. de Patriar-
chis, tit. 6. de Patriarcha Constantinopolitano. + Vbi, in titul.
25. in c. 5. de Tharasio agens, allegat Nicolaum Papam, in Epi-
stola ad Photium, apud octauam Synodum, in Actione 4. dicen-
tem, quod Adrianus Secundus assensum præbuit consecratiōni
Tharasij Patriarchæ Constantinopolitani; illum in ordine Pa-
triarchatus suscipiendo.
- 9 Ad + erectionem autem Constantinopolitanæ Ecclesiæ in ve-
ram Patriarchalem, duabus potissimum causis, ac consideratio-
nibus motam fuisse Apostolicam Romanam Sedem, considero:
quibus insitam suam Ecclesiarum, & Christi fidelium maternam
solicititudinem indicauit. Harum prima est, vis gratitudinis in
prædictum Constantiū Imperatorem, à quo insignia beneficia
acceperat: Secunda, publicum bonum pacis, iamduum ex ea
prætensione inter Græcam, ac Latinam Ecclesiam cum magno
Orbis scandalo turbatae, ac deperditæ; concilianda.
- 10 Ad + primam igitur deueniendo, suppono illud notissimum,
lippisq; vt aiunt, ac tonsoribus manifestum, quod celebris ille
Imperator Constantinus Zelo Catholica fidei motus, desiderans
Apostolicam Romanam Sedem temporali quoq; adiutorio, ac
maiestate splendescere: insignem illam, ac munificentissimam
Beato Papæ Siluestro Primo, Domini Nostri Iesu Christi Vicario,
Ecclesiæq; visibili capiti, & suis successoribus donationem fecit.
Cum qua, annuentibus omnibus satrapis, consentienteq; toto Se-
natū,

natu; inter alia Imperialia iura, Romanam Urbem illi concessit; libereq; dimisit, ut in tomo i. Conciliorum habetur, post Neocesariense Concilium in tit. de Primitua Ecclesia; & munificencia Constantini, pag. 742. c. Constantinus, lo. 2. distin. 96.c. futuram, vers. denique, 12. q. 2. c. fundamenta, s. ne autem, de electione, in 6. Quicquid Hieronymus Paulus, in Pract. Cancellariae Apostolicae, ante medium, vers. quod donatio Constantini, de illa dubitare videatur.

- 11. Huius † vero donationis tenorem de verbo ad verbum refert Albericus de Rosate, in l. 1. s. in Initio, nu. 6. ff. de offic. Praefecti Vrbis, explicans glossam ibidem, in verb. pertinere, & meminit Arnaldus Albertinus, in repet. Rubr. de Hæreticis, q. 2.
- 12. num. 27. † Quæ in Lateranensi Ecclesia conseruatur, & in Constantinopolitana Bibliotheca erat scripta, vt refert videndus frater Paulus Grysalodus, in decisionibus Catholicæ fidei, verb. Imperator, nu. 2. Cum alijs, quos alligauit, in flosculo, de Clericorum excellent. p. 1. s. 2. nu. 58. 62. & 72.
- 13. Ex † quo, cum Constantinus relicta Roma, Sedem suam Bizantium (id est Constantinopolim) transtulisset, coepit Aquila (que insigne est, Romani Imperij) biceps fieri, vt hæc duo capita Orientis, & Occidentis significaret, quod inter alios ponderant Lancellottus Corradus, in Templo omnium iudicium, lib. 1. c. 1. s. 1. verb. Imperator est mundi dominus, q. 1. nu. 5. & Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris, p. 2. lib. 15. cap. 5. numer. 8.
- 14. Quo † sic stante, iustissimum quidem, ac congruentissimum fuit, vt tam illustre Constantini Magni seruitum, tam larga manus, tam beneficus in Romanam Ecclesiam Imperator, qui Romanum Imperium veneranda Christianorum fide munivit, l. diuis. C. de naturalibus liberis, et, qui post edificatas, dotatasq; nobiliores Vrbis Ecclesias, assiduis quoque laboribus, ac expensis in vtraj; toga Christianam Rempublicam augere, tueri, & conservare non deslitit; hac afficeretur saltem gratitudine, quod sedes Episcopi sui, post Romanam Sedem, primum Ecclesiasticarum prærogatiuarum, & Patriarchalium sedum locum assequetur. Quod, in terminis tetigit Vuolfangus Lasius, de Republica Romanorum, lib. 2. c. 2. vers. atq; hæc de Orientis prætorio, & latius Matthias Hugonius, de Patriarchali præstantia, col. 2. in vers. recte instas.
- 15. Clamat † siquidem omnia iura, vt benefaciendi, benefacia-

- mus, l. sed etsi lege, in l. Consuluit, ff. de petit. hæred. c. cum in officijs, de testam. cum similibus ibidem per glossas, & docto-
 16 res adductis. † Adeo, vt ad hanc gratitudinem bruta, ac magis ferocia animalia naturæ instinctu moueantur, vt de quodam Leone refert Aulus Gellius, lib. 5. Noctium Atticarum, c. 14. & de alio, Pratum spirituale Sophronij, in c. 107.
- 17 Ex † quo Nauarrus Aspilcueta, de Ecclesiasticis redditibus q. 1. l. trigesimo sexto moneo, nu. 1. & in Cons. 4. de renun-
 ciatione, nu. 7. vol. 1. obseruauit, ingratitudinem ex omni le-
 ge peccatum esse. Quod satis suo modo senserunt Macedones, Persæ, & Athenienses; apud quos seuerissimè plectebantur in-
 grati, vt testantur Catelianus Cotta, in Memorabili, incip. In-
 gratitudo filij, in vers. Xenophon, Tyraq. in l. 9. connubiali, nu.
 27. & Couarruuias, in d. c. cum in officijs, nu. 10.
- 19 Sed, † & licet iure ciuili, in certis tantu ingratitudinis casibus, iudicialis actio sit constituta; ne si in omnibus copeteret, sola ista causa (cum hominum depravata natura, soleant esse frequentissimæ) omnia fora, ac tribunalia occuparent; Ut Magnus ille Hispanus Seneca speculatus est, lib. 3. de beneficijs, in c. 7. in vers. adiice nunc, & eum sequutus Couarruuias, in d. c. cum in offi-
 20 cijs, nu. 10. vers. adeo vt nulla actio: † Hinc, ne præteriti illi ca-
 sus sine pena transirent; factum est, vt loco iudicialis actionis, à maioribus nostris foedis, at turpibus epithetis afficerentur, de-
 quibus meminere Bald. in l. fratres, nu. 4. C. de Inoff. Testam.
 vbi indistinctè ingratos appellat turpes, ac viles personas. Et idem facit Florianus, quem Neuianus allegat, in sylua nuptiali, lib. 4. nu. 102. dicens, illos moraliter non vivere. Eisque omnia inesse vitia, ex Cicerone obseruauit Cælius Rodighinius, lib. 4. Lectionum antiquarum, c. 28. Et denique terram nihil peius in-
 grato homine creare, ab Ausonio didiscit Menander, & ex vtroq; refert Tiraquellus, in d. l. 9. nu. 27. cum alijs, quæ Quintilianus Mandosius, in tract. de Ingratitu. cumulauit.
- 21 Quare † colligitur, nihil magis necessarium esse in optima constituta Republica; quam in referenda gratia, vt ex Cicero-
 ne commendat D. Cardinalis Paleottus, de Sacri Consistorij con-
 32 sultationibus, p. 3. q. 1. vers. præterea cum. † Idq; principibus maxime conuenire, aduertit Rex noster Alphonsus III. vt habe-
 tur, in volumine Priuilegiorum Valentia, in priuilegio 11. in-
 principio, fol. 183. Asueri exemplo, qui accepta beneficia mo-
 numentis demandabat, vtopportuno tempore ea remuneraret.

vt circa Mardocheum patet, Esther. capite. 6.

- 23 Adeo, quod Arrianorum fautor, & Christianorum persequitor Costantius Imperator, cum sanctissimum Pictauensem Episcopum Hilarium misisset in exilium, ipsum tamen ab exilio reuocauit, non ex eo tantum, quod accuratum librum scripsisset:
- 24 † (Licet hoc sudoris, ac vigiliarum negotium sit, vt experti sciunt, & ex Luca de pena commendat Rebuffus, de Nominacionibus, q. 21. nu. 49. & tetigi, in flosculo de Clericorum excellentijs, in premo, nu. 11. † Ex quo comprobari potest illa Angeli doctrina, quod cum Auctori proprius codex manuscriptus furatur, actio illi competit, tanquam pro magno furto, vt refert, & sequitur Menochius, de Arbitriis iudicium causis, lib. 2. cas. 293. nu. 10. & seq.) sed ob eam præcipue causam, quod ipsi Imperatori librum illum detulisset; vt Breuiarium Romanum testatur, ad diem 14. Ianuarij, in lect. 5.
- 26 Hæc † igitur animi gratitudo, & accepti beneficij remuneratione, quæ in laicis per prædicta laudabilis est; laudabilius quidem in Ecclesia, & Ecclesiasticis viris erit, cum præcipue hac antidorali obligatione teneantur. c. liberti, lo. 2. vers. Pro remuneratione, c. quicunque, c. Ecclesiasticis, vbi glos. voluntarijs. 12. q. 2. & commendant Aspilcueta, d. q. 1. I. trigesimo sexto monaco, Iacobus Sirmontea, de Resignat. q. 3. num. 5. vbi Paulus Granutius, in verb. Ecclesiasticis, nu. 13. & Gulielmus Redonus, in tract. de Rebus Ecclesiæ non alienand. Rubr. 21. de Causa incommoditatis, nu. 23. & seq. dicens, vtile esse Ecclesiam remunerare benemeritos: ne de ingratitudine possit argui; & vt inuitentur homines, ad beneficendum Ecclesijs.
- 27 Vnde, † cum in particularem etiam Ecclesiam exhibita merita, circumspicienda omnino sint, ac competenter remuneranda; vt optimè aduertit Martinus Nauarrus, de Oratione, & horis canonicas, c. 22. nu. 72. † Ob hanc causam multa Diœcesanus Episcopus potest, quibus alias interdictus esset, ex Iasone, in l. ex hoc iure, nu. 60. ff. de iustit. & iur. Benedicto Canophilo, in repet. Extrauag. Ambitiosæ, nu. 52. de Rebus Ecclesiæ non alienand. & Tiraquelle, in l. si vnquam, verb. donatione largitus, nu. 27. C. de Reuocan. donat.
- 29 Hinc † est, quod cum pensio Ecclesiastica quedam sit beneficij seruitus, ex Flaminio Parisio, de Resignat. beneficior. lib. 6.
- 30 in q. 2. nu. 5. & seq. † Ideoque non possit nisi à solo Romano Pontifice imponi: poterit tamen Episcopus eam imponere, etiam

90 De vera Quatuor Patriarchalium

- non consulto Domino Papa, in casu prædictæ remunerationis facienda, vt aduertit Hieronymus Gigas, in tract. de Pensionibus,
- 31 q. 6. nu. 2. † Labor enim, ac sudor cuiuscunq; virtuose operantis, & in Republica auxilium afferentis, remunerandus est, c. fin.
7. q. 1. vbi glos. in verb. labore, c. charitatem, vers. Iustum, c. si quos de seruis, vbi glos. verb. benemeritos, 12. q. 1. Ioannes Lopus, in repet. Rubr. de Donation. inter virum & vxorem, §.
30. nu. 25. & 28. Ferdinandus Loazes olim Archiepiscopus Valentinus, in Cons. pro Marchione delos Velez, in oppido de Mula, in 3. fundamento pro eo, in fine, in §. prædictis satis, nu. 2.
7. & 8. & Petrus Lenaud. de Priuilegijs Doctorum, p. 3. q. 12. nu. 26.
- Ex quibus patet aperte, dignissima fuisse prædicti Constantini Magni, in Romanam Ecclesiam erogata beneficia, vt sua Imperialis Civitatis Cœstantinopolitanæ Antistes, supradictū verum Patriarchatum, ab ipsa Apostolica Romana sede consequens, 32 retur. † Expedit siquidem, summos Romanos Pontifices beneficos, & remuneratores se exhibere, secularibus potissimum principibus, vt optimè aduertit Aspilcueta, in Commentario Rubr. de Iudiciis nu. 70.
- 33 Hinc † Adrianus Papa Primus, ob accepta à Carolo Magno laudanda quidem, & Principe Christiano digna in Ecclesiam facta seruitia, de quibus agit Illustrissimus D. Cardinalis Bellarminius, in tract. de translatione Imperij, lib. 1. cap. 4. & sequenti;
- 34 † Tam beneficus remunerator existit, vt coacta Synodo, potestatem eligendi Pontificem, ordinandiique Apostolicam Sedem, eidem Carolo dederit, vt habetur, in c. Adrianus, lo. 2. distin.
- 35 63. † Cuius concessionis bullam Parisijs, inter præcipuos Regni Thesauros assertuatam fuisse, tradit glof. in Pragmatica sanctione, tit. de Annatis, in verb. Regalia, & Gulicimus Benedictus, in repet. c. Raymuntius, in Verb. & Vxorem, nu. 367. in antiqua Impressione de Testam. † Eandemq; concessionem à Leone Papa Octauo, Ottho Primus Theutonicorum Rex obtinuit, vt patet, in c. in Synodo, 63. distinct.
- 37 Et † quamvis vel, quia Imperatores prædictis Apostolicis concessionibus renuncierint, vt de Ludouico ipsius Caroli filio referunt Volateranus, in Geographica, lib. 3. c. de Pipini, & Carolorum gestis, circa medium, S. Antoninus, in Historiali, p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. & habetur, in c. ego Ludouicns, 63. distinct. Et in c. constitutio, in cap. tibi Domino, & in c. sacrorum, §. ex constitutionibus; ead. dist. vbi de Renunciatione ipsius Otthonis

con-

- 38 constat, † Vel , quia dum eis abuterentur , iuste fuerint per summos Pontifices reuocate; vt sensit Petrus Gregorius , syntagma-
39 tum juris , lib. 15. c. 3. nu. 20. † Vel quia vtraque scilicet, renun-
ciatio , & reuocatio concurrerent ; ex Quintiliano Mandosio , in
40 regula Cancellariae , 13. q. 8. num. 13. † (Licet non desunt , qui
afferant , Imperatores nunquam vsos fuisse illis concessionibus ,
vt tradit Ramudus Ruffus , in Molinæum pro Pontifice Maximo ,
sub. nu. 39. & 40. pag. 479. quem allegat , & commendat Na-
41 uarr. in d. Rubr. de Iudic. nu. 69.) † Prædictum ius eligendi
Pontificem , ordinandiique Apostolicam sedem ad Imperatores
nullo modo pertineat ; vt , & confessus est Lotharius Imperator ,
in l. 3. Incip. Volumus , tit. 11. de Pontificibus , in Legibus Lon-
gobardorum , cum alijs traditis ab Illustrissimo Cardinale Bel-
larminio , vbi supra , de Translatione Imperij : Constat tamen
ex prædictis , iuste Romanos Pontifices ob vim gratitudinis , ac re-
munerationis cām; illa maximè Imperatoribus aliquando cōces-
sisse . Ut in simili appareat , laudabiliter etiam Constantinopoli-
tanam Ecclesiam fuisse ab eis in veram Patriarchalem sedem
erectam : attentis maximis illis meritis Constantini Imperato-
ris ; qui in illa ciuitate Imperialem sedem transtulit , vt Ro-
manam pro Apostolica Sede summis Pontificibus derelinqueret .
- 42 Neque Superiori considerationi obstat , si aliquis de meriti
male meritus (vt in simili dixit Tiraquellus , in d. l. si vñquam
verb. donatione largitus , num. 16.) voluerit dicere , quod nihil eo
tempore Constantino debebatur , cum donatio illa sua (vtcum-
que munificentissima) non fuerit simplex , & mera donatio ; sed
vel restitutio quādam (vt aliqui senserunt , teste Grysaldo , in de-
cisionibus Catholicæ fidei , verb. Imperator , num. 2. vers. Immo-
multi iurisconsultorum) Vel saltem donatio remuneratoria , ob
acceptum sacrum baptismum , & consequutam lepræ sanitatem .
- 43 Nam † quamuis hoc vltimum receptissimum sit , fuisse vide-
licet , prædictam donationem remuneratoriam , vt ex ipsius
Constantini confessione , & edito constat , in tomo 1. Conci-
liorum , pag. 474. vers. Ipse enim Dominus noster , & Conci-
lio Romano , sub Siluestro , in c. 1. & Romano Breuiario , ad
diem 9. Nouembris , Dedicationis Basilicæ Saluatoris , in lect. 5.
& ad diem vltimam Decembris Sancti Silvestri , in Lectione 4.
& obseruat Barto. in princip. ff. ante proemium , num. 14.
Michael Molino , in repertorio Fororum Aragonensium , verb.
donatio , vers. tertio , in fine , videndus Attilius Serranus , de se-

- ptem Vrbis Ecclesijs , tit. de Ecclesia Sancti Petri, in Vaticano, in
vers. verum , pag. 9. Ilustrissimus Baronius , in Annalibus Eccle-
siasticis , tom. 3. sub Anno Christi , 324. vers. habent acta , &
44 vers. seq. † Ut mirandum sit, fratrem Melchiorem Cano , de locis
Theologicis , lib. 11. c. 5. in fin. in vers. quod deinde , de lepra
45 Constantini dubitasse. † Nihilominus tamen meruit praedicta illa
remuneratoria à Constantino facta donatio , nouam hanç aliam
ab Ecclesia remunerationem; quia gratia gratiam parit , vt ha-
bet antiquum Adagium.
46 Antiqui † enim sapientes tres illas charitatis sorores Eglen vi-
delicet, Euphosynin, & Thalam in Choru cōsertas merito de pin-
gebant, vt in orbem , & in se redire beneficia significant: Pri-
mam nimium : qua beneficium porrigebat ; secundam , qua ac-
cipiebat , tertiam vero , qua reddebat , vt uno verbo tetigit Pe-
trus Fabrus , lib. 1. Semestrium, in c. 16. circa finem , & latius ex
Seneca , & alijs obseruauit Petrus Gregorius , in Syntaxi artis
mirabilis , lib. 39. c. 25. de Charitate in genere , circa finem .
47 Fateor † autem munificentissimam illam donationem , ne-
que à Constantino Imperatore factam , neq; à Beato Siluestro
Papa acceptam fuisse , sub conditione , aut pacto ; quod Ecclesia
Constatinopolitana inter antiquas, & primas Patriarchales sedes
numeraretur ; vt optimè contra hereticorum dolos aduertit D.
Card. Baronius , in Annalibus Ecclesiasticis , tom. 3. sub Anno
Christi , 324. pag. 244. in vers. non enim eo , & vers. sed nec istud , &
vers. at quoniammodo; Negari tamen non potest , quod in illa post
multos annos erigenda , laudabiliter habita fuerit præcedentium
Constantini meritorum, memoria.
48 Nam † licet remuneratio ex parte remunerantis personalis sit,
vt ponderant Bartol. in I. ambitiosa , nu. 4. ff. de decret. ab ordi-
ne facien. Afflict. Decis. 307. nu. 7. & seq. & Ias. in I. ex hoc iure,
49 nu. 72. ff. de Iustit. & Iure: † Cum tamen merita illa facta , & ac-
cepta fuerint nominibus dignitatum Pontificatus , ac Imperij ,
vt visum est supra : Colligitur , quod tam meritum ipsum ,
quam meriti remuneratio respectu quoque in quolibet Pon-
tificatus , & Imperij successores transferit. Iuxta notata , in-
cap. quoniam Abbas , de officio Deleg. Euerard. in locis le-
galibus , in loco , à nomine dignitatis , & Couarruu. in cap. re-
go quisisti , nu. 1. de Testam. † Vnde cum Apostolica Sedes semper
sit eadem (nunquam enim moritur Ecclesia , c. si gratiore , de-
rescript. in 6. c. liberti , lo. 2. in princ. 12. q. 2. Burcardus , libr. 3.
Decretor.

- Decretor. cap. 185. & facit, l. cum proponebatur, ff. de iudicijs) di-
cendum est, quemlibet in ea sedentem Pontificem, ad eandem
21 gratitudinis vim teneri, ac obligatum esse: † quia res cū suo one-
re transeunt, c. ex literis, vbi glof. verb. suo onere, de pignoribus;
& sic sint iuxta Adagium, immortales gratiarum horti.
- 32 Quinimō, † vt remuneratioriam hanc dispositionem fauorabili
interpretatione inuenimus, vt regulariter faciendum est, iuxta ea,
quæ aduertit Illustrissimus D. Cardinalis Franciscus Mantica, de
33 coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 21. † Non effet ponere os
in cœlum, dicere, quod quamvis donatio illa, & Constantini ser-
uitia solam Siluestri Papæ personam respicerent, adhuc tamen
successores illius tenebantur ea remunerare; sic enim indistinctè
in Pôtificibus obseruauit Dominus Cardinalis Iacobus Simonet-
ta, de referuat. beneficiorum, q. 3. num. 5. Pro quo optimè facit,
quod cum viri Iabes Galaad Saulem Regem sepellissent, misit ad
eos Dauid nuncios, dicens: *Et nunc retribuet vobis quidem Do-*
minus misericordiam, & veritatem; sed, & ego reddam gratiam,
eo quod fecistis verbum istud: Vt habetur, 2. Regum, c. 2. in princ.
54 Vt † sic pateat, quod Constantinopolitana Ecclesia in veram
Patriarchalem sedem crestio, quæ tempore Constantini Impera-
toris à Silvestro Consultè facta non fuit; consultissimè postea,
etiam ad primum Patriarchalium sedium locum ascenderit, ex
prædicta gratitudinis cauſa, & ratione. Per illam enim ipsius Apo-
stolicae sedis excellentia apparet, ac nobilitas; quæ nisi in bene-
ficijs elargiendis crescat; existimat se nihil præstutisse, c. 1. de do-
nationibus, c. Sedes Apostolica, de Rescript.
- 35 Ad † secundā autem rationem, & causam erigendi Constanti-
nopolitanam Ecclesiam, in veram Patriarchalem sedem acceden-
do; dico, eam in bono pacis versari. Sunt autem pacis multi, ac
laudabiles fructus congesti per Nicolaum Moronum, in tract. de
Treuga, & Pace, & remissione per Rebussum, in concordatis Gal-
36 lia, Rubr. de approbatione cotuenterum, in verb. Pacis. † Vnde
cum ex illa prætensione (non sine Orbis scandalo) inter Latinam,
& Græcam Ecclesiam maximæ essent ortæ dissensiones, vt collig-
itur ex S. Leone Papa primo, in Epistola, 5 1. 5 2. & sequenti: meri-
to Apostolica Romana sedes, ijs malis obuiadum esse per dictam
Patriarchatus Constantinopolitani erectionem; existimauit.
- 37 Considerauit † enim, quod lites etiam, & causæ, quæ auctore,
prætore, & mediante iure tractantur, maximam (inter alia in-
commoda) animæ saluti perturbationem generant; cum inter li-
tigantes

tigantes ex ipsa natura litis inimicitia oriatur, vt ponderat Abbas, in c. i. num. 2. de iudicijs, Fel. in c. cum super, num. 3. de offic. deleg. & Iosephus Mascardus, de probat. vol. 2. concl. 898. incip.

58 Inimicum, nu. 9. 10. & 26. † Adeò quod Plutarchus forum causarum regionem impiorum appellari, vt refert Tiraquell. de Nobilitate, c. 29. num. 7. † Et Beatus Augustinus dicebat, nihil tam simile esse dæmonum actibus, quād litigare: quem referunt Ludouicus Gomes, in Regula de Annali possessore, q. 2. in principio. Et Quintilianus Mādosius, in Regula 29. de subrogandis collitigantibus, in princ. † Ut laudandus omnino sit, qui eas execratur, vt Ludouicus Gomes tradit, in repet. c. dispendia, num. 9. de rescript. & longe prius aduerterat Alexander Papa primus, in Epistola ad omnes Orthodoxos, in c. 3. cuius hæc sunt notabilia verba, *Boni, ac verè Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitiæ, ac pacis legibus prius tentare, quād in iudicio, ubi frequenter amarissimus animarum rancor innascitur, suum ius pertinaciter experiri.* Habetur, in tom. 1. Conciliorum, pag. 318.

61 Cuique † bene consonant, quæ aduocatorum optimus Beatus Iuo dicebat. Cuius notabilia verba referunt, ac commendant Rebuffus, in tomo 1. ad leges Gallicas, in proemio, gl. 5. nu. 154. Gaspar Caballinus, in scholijs Egidianæ constitutionis, lib. 2. gl. vñica. c. 21. num. 7. Neuizan. in Sylva nuptiali, lib. 6. nu. 8. & Ioannes Segura Daualos, in Directorio iudicum Ecclesiastici fori, p. 2. , cap. 9. num. 7. Quæ ita habent. In Controuersijs causarum corporales inimicitiae oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi, exercetur, corpus quotidiè fatigatur, multa, & inhonesta criminia inde consequuntur, bona, & utilia opera postponuntur, & qui sèpè credunt obtinere; frequenter succumbunt: et si obtainent, computatis laboribus, & expensis nihil acquirunt. Hæc sunt Iuonis sanctissimi Aduocati verba. Quæ licet marmoreis literis, in quodam Mediolanense Palatio scripta legantur, vt proximè allegati Doctores referunt: utilius tamen in cordibus litigantium desribentur; prout misericors Deus dignatus fuit scribere in illorum cordibus, qui vt liti (inter canonicos, & clericos eiusdem Ecclesiarum) iam dudum ventilatae finis imponeretur, tandem concordia beneficium elegerunt. Dignum siquidem Hispano Seneca Prouerbium est, quod nihil Turpius sit, quam cum eo Bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Maximè cum ex sententia S. August. obseruet Manutius, in Adagio, Pax redimenda, quod magnum interdum lucrum est, iactura rei molestiam, & inquietudinem exclusisse.

fisse. Quibus adde ea , quæ ad diuturnam litem extingueandam habentur , in c. placuit . 90. distinct. & commandant Abbas in cap. cum inter R. num. 9. de electione , Nauarrus , de Oratio. & horis cano , capit. 19. num. 92. & conualentinus Petrus Belluga , in speculo principum , Rubrica , 27. num. 48.

- 62 Cum † igitur haec à quolibet honesto viro fugienda sint , quanto magis ab omnibus Christi fidelibus curandum erit , communes seditiones fugere , & scandalosas partialitates evitare ? Haec enim de sua natura peccatum continent , & ex diametro dilectioni , & charitati se opponunt : vt aduertit Ludouicus Viualdus , in opere Regali , in octava p̄secutione Ecclesiae , vers. quia discordia , Neuizan. vbi supra , lib. 4. num. 122. & seq. de Guelphis , & Gibellinis agens , & late Conradus Brunus , in tract. de Seditiosis .
- 63 Haec enim Christianorum dissensiones , ac partialitates (quod non est sine lachrimis dicendum) infidelium statum accrescunt ; vt expendit Iulius Ferrettus , in tract. de Gabellis , num. 4. & fideliū statum minuunt , ac dilacerant , vt dolenter aduertit Laetanus , Firmianus , in libro , de Ira Dei ; in c. fin. dicendo : Auferatur impietas discordia , dissensionesque turbulentæ , ac pestiferæ so- piantur , quibus humanæ Societates , & publici foederis diuina coniunctio disrumpitur , dirimitur , dissipatur . Et refert Vinaldus , vbi supra , in tract. de cognitione electorum à reprobis , in I. Firmianus , in princ.
- 64 Vnde † laudanda sunt confratriæ illæ , quarum peculiare officium est , discordia flammis restinguere , dissidiam amouere , concordiam inire , pacemque inter omnes reconciliare : Ut habetur , in Concilio Mediolanense 4. in tit. penul. Forma denunciandi , in vers. vt odij dissidijs , tom. 5. Concil. pag. 696. col. 2.
- 65 Cum † verò quilibet particularis Episcopus , qui in partem solitudinis vocatus est , c. ad honorem , de auctoritate , & vsu Pallij , ex iniuncto sibi pastorali officio fons concordia dicatur ; vt ad Ioannem Antiochenum Antifitem scripsiterat Theodosius Imperator , in Epistola , incip. animi nostri , quæ habetur , in actis Ephesi Concilij , tom. 5. in cap. 4. in tom. 1. Conciliorum , pag. 1126.
- 66 (Quod † singulariter in Sancto Martino Turonense Episcopo , clericos Condatis Ecclesia in fine vita , pro bona virtutu sua consummatione concordante , optimè commendauit S. Sulpitius Bituricensis Archiepiscopus , in Epistola 3. ad Basulam socrum suam , quæ habetur , in Bibliotheca Sanctorum patrum) † Evidensissimum est , quod summus Romanus Pontifex , qui assumptus est

96 De vera Quattuor Patriarchalium

- est in plenitudinem potestatis; Pacis Pelagus, & Mare Magnum. Concordia debeat appellari: cum in sola Ecclesiarum, ac fidelium tranquillitate, ac pace delectetur, iuxta Epistolam 2. Fælicis Pa-
68 pæ primi, & extrauag. 1. & 2. de Treuga, & Pace. + Quod Anno 1598. adimpletum laudabiliter vidimus in Sanctissimo Domi-
no nostro Clemente Octauo, pacem inter potentissimos Reges Hispaniæ, & Franciæ paterno affectu conciliante.
- 69 Quod + verò particulare summi Romani Pontificis munus sit, discordantes fideles populos ad pacem reducere, ex eo etiam sit manifestum, quia præcipuus, ac verus Vicarius est Christi, qui in terram descendens, pacem per Angelos suos nunciauit homini-
bus, dicens; *Et in terra pax hominibus bona voluntatis*: Lucæ c. 2. habetur, in c. nocte sancta, de consecrat. distinct. 1. & de terra in cœlum rediens, eandem pacem Discipulis in Testamento reli-
quit, dicens. *Pacem relinquo vobis*. Ioannis, c. 14. & habetur, in c. nisi Bella. 23. q. 1. quique Patrem rogauit, dicens, *Pater sanctæ serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut, & nos*. Ioannis c. 17. & habetur in c. cum Marthæ, §. verum, de ce-
lebratione Missarum.
- 70 Præsidet + etiam præcipuè Romanus Pôtifex (vt alibi ostendo) prima illi Lateranensi Ecclesiæ, quæ olim ad Missam in tertio Agnus Dei non addebat, dona nobis pacem; quasi instar cœlestis Hierusalem, summa frui pace laretur, vt in quodam antiquissimo eiusdem Ecclesiæ libro manuscripto continetur: ibique legisse testatur Marcus Atilius Serranus, de septem Vrbis Eccle-
sijs, tit. de sacrosanta Diti Ioann. Lateranensi Basilica, pag. 62. in vers. hæc primogenita aliarum Ecclesiarum.
- 71 Hinc + summi Romani Pontifices ante oculos semper habue-
runt Orientales, & Occidentales modo coactis Concilijs, modo Pragmaticis sanctionibus ad concordiam, & unitatem reducere, vt expendit Anastasius Germonius, de sacrorum immunitatibus, lib. 2. c. 4. num. 20.
- 72 Cùm + verò ab hac unitate, & pace Græci se subtraxerint, di-
uersis captis occasionibus, iuxta illud Actuum Apostolorum c. 6. *Factum est murmur Græcorum, aduersus Hæbreos*. Et de tem-
pore Sardicensis Concilij tetigit Germonius, ubi proxime; Ta-
men, quia principale schismatis Græcorum motiuum fuit, quod ad Ecclesiasticos honores non assumebantur; vt testatur S. Anto-
ninus, in summa, p. 3. tit. 21. de statu Cardinalium, in cap. 2. §. 2. in
73 vers. propter: Consultissimè Romani Pontifices modis omnibus
Græcos,

Græcos, ad Ecclesiæ unitatem reducere volentes, & propter Constantinopolitanum Patriarchatum, primum inter Patriarchas locum habendum, orta scandala refecentes, decreuerunt tandem, ut turbatam Orbis pacem conciliarent; hoc Constantinopolitanis concedere, ut in terminis aduertunt Doctissimi Decreti Gratiani Emendatores, in scholio, ad tex. in c. Constantinopolitanæ.
22. distinct. Germonius ubi supra, lib. 3. cap. 5. num. 54.

74. Ad tamen autem amplitudinē Constantinopolitanus Patriarchatus peruenit, ut vigintisex Metropolitanis Episcopis præsideret, ut ex Prouinciali Ecclesiarum obseruat Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris, p. 2. lib. 15. c. 5. num. 12.

75. Cui tamen supradictæ duas rationes, & causæ sufficere non videntur, ad iustum, ac veram Constantinopolitani Patriarchatus erectionem; is omnino cōuincendus erit, ex tertia illa, ac peremptoria, expressa scilicet, ac libera potestate, ac voluntate Rom. Pontificis: quia ijs duobus, omnes humani actus perficiuntur, ut aduertunt Cæsar Lambertinus, de iurepatronatus, lib. 2. p. 1. q. 7. art. 27. num. 5. Roland. à Valle, consil. 39. num. 20. & seq. vol. 1. & Marcus Antonius Bardus, de tempore vtili, & continuo. cap. 13. num. 2. vers. sed quia.

Pro quibus facit Psal. 61. in illis verbis, *Duo bac audiui, quia potestas Dei est; & tibi domine misericordia.* Et illud Euangelij, Matthæi, cap. 8. *Domine si vis; potes me mundare.* & ibi, *volo mundare.*

76. Nec obstat tamen quod ex Aristotele, ac Baldo obseruat Matthæus de Affl. in decis. 305. num. 7. & Crauetta; de antiq. tempor. par. 1. §. ampliatur, num. 52. quod ad integratatem omnium actuum, tria

77. requirantur; potestas scilicet, voluntas, ac scientia. Tamen quod, & sentire videntur Philippus Probus, ad Pragmaticam sanctionem, tit. de Collationibus, §. & primo cum, in verb. voluerit, & Dominus Card. Paleottus, de sacri Consistorij consultationibus, in conclusione operis, in membr. 4. in vers. horum igitur, dicentes, quod tria sunt, quæ omnes actus canonizant, bona videlicet voluntas, concessa potestas, ac modi congruitas. Tamen dicendum est enim, quod tertium istud requisitum, in Romani Pontificis dispositione semper insitum, ac coniunctum videtur: ut tetigit D. Flaminius Parisius, de Resign. beneficiorum, lib. 5. q. 1. num. 9. & seq. Bartholomæus Socinus, in conf. 164. incip. Visa Bulla, num. 5. vol. 2. & eum allegans insignis iurisconsultus, Idemque, felix Pater Sanctiss. D. N. Clemëtis Octavi, D. Silvester Aldobrædinus in cōs. 1. nu. 14. vol. 1.

79. Quo † sit, vt cum in Romano Pontifice omnes Thesauri dignitatū potissimum Ecclesiasticarū recōditi sint; vt ex Baldo, & Barba-
cia obseruat Quintilianus Mandosius, in reg. Cancellariæ, 6. de-
80 reseruat. q. 3. num. 2. † (Solus namque ipse Pontifex potest Præ-
latos mutare, & intronizare; vt verbis utar Antheri Papæ, in Epi-
stola ad Episcopos Bethicae, & Toletanae Prouinciae, de qua , in c.
mutationes 7. q. 1. cum alijs quæ allegat Petrus Cenedo, in Colle-
ctaneis, ad ius canonicum. p. 2. Collectanea 87. ad c. sicut vnire,
num. 1. de excessibus Prælatorum) sequitur manifestè , quod de
vera Patriarchalis Cōstantinopolitana sedis erectione nullo mo-
do dubitari poterit; cum de expressa Summi Pontificis voluntate
81 appareat. Quod † enim Principi placet, legis habet vigore, s. sed,
& quod Principi Institut. de iure naturali, gl. verb. à Romano Pon-
tifice , in capit. si gratiosè de rescript. in 6. Mandos. vbi proximè,
& Baptista Marchesanus, de cōmis. vtriusq. signat. p. 2. c. 4. nu. 42.
82. Ideo † in similibus dignitatum erectionibus, ultimo loco addi-
solet, sic placuisse Pontifici, vt apparet, in erectione Valentiniæ Ec-
clesiæ, in Metropolitanam, ab Innocentio Octatio, in Bulla, Dat.
Romæ, septimo idus Iulij, 1492. in fine, in clausula, Nulli ergo ho-
minum liceat. Quæ habetur, in volumine priuilegiorum dictæ cia
83 uitatis, ih extranag. cap. 21. ibi : *Voluntatis.* † Nam quotiescumq;
in ihs, de voluntate Pontificis constat, si illi non acquiescimus, vi-
demur, de Pontificis potestate dubitare, quod est sacrilegium, c. si
quis suadente, s. committunt. 7. q. 4. glos. verb. iudicare , in cap.
patet, 9. q. 3. Ias. in 1. Barbarius, num. 35. ff. de offic. prætoris , pul-
chre Crauett, in cons. 296. nu. 3. vers. Venio nunc, vol. 2. & Ioannes
Rojas, in epithome successuum abintestato, capit. 23. num. 67.
& sequent.
84. Vnde † (resumendo prædicta) non obstat, quod Apostolorum
Princeps Petrus nō sedenit Cōstantinopoli, postquam ab aliquo
eius successore Rom. Pontifice (vt vidimus supra) fuit etiam ad
primum Patriarchalium sedium locum Ecclesia illa erecta. Ut sic
etiam fugiendus omnino sit in hoc Rodulphus Cupers, in tract.
de sacro sancta Ecclesia, ad c. oporebat. 79. dist. in s. patet Episco-
porum ordinem, nu. 5. pag. 299. dum habet quod Cōstantiuropo-
litana Ecclesia tertium locum habet in Patriarchalibus ; idque
imperita quadam consuetudine gestum fuisse.
85. Nam † dato, quod de certa illius erectione non constasset, ex
lapsu tamen tanti temporis presumendum est, verè fuisse Patriar-
chalem sedem institutam; & sic à majoribus nostris, ad nos perue-
nisse,

nisse, iuxta doctrinam glossin verb. cogendi, in fine, in c. ex parte,
de censibus, quam allegat Dominus Germonius, de sacrorum ini-
munitatibus, lib. 3.c. 12. num. 38. ¶ Quia, in antiquis omnia præ-
sumuntur recte, ac solem inter acta. I. Iciendum. ff. de verb. oblig.
quam exornant Loazes, in consilio, in oppido, de Mula, dubita-
tione prima, in Responsione ad quartum, num. 19. & 45. & dubit. 3.
num. 1. Antonius Gabriel, lib. 5. conclusionum iuris, tit. de præ-
script. concl. 1. & Aymon Crauett de antiquo temp. in p. 3. in princ.
Ex quibus omnibus apertissimè constat, de vera, iustaq; Con-
stantinopolitanæ, Alexandrinae, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ
Ecclesiarum in Patriarchalium sedium erectione, consequenter q;:
apparet, post Romanam Ecclesiam quatuor in toto orbe esse præ-
cipuas, ac veras Patriarchales sedes, contra supradictum illum
Concionatorem, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam
ab hoc præcipuo, ac vero numero detrahentem. Quod etiam pa-
tet, in Constitutionibus iuris Orientalis, quas interpretatus est
Enimundus Bonefidius in illa, quæ est Michaelis Paleologi. tit. de
Primatu, & appellatione, & commemoratione Papæ Romæ, in il-
lis verbis. *Vt in sacrorum voluminum hymnodijs, Papæ, cum*
quatuor alijs Patriarchis mentio fieret. Et habentur, in fine cor-
poris iuris ciuilis, à Dionysio Gothofredo recogniti. ¶ Et etiam
legitur vera hæc quadruplex Patriarchalium sedium institutio, in
legibus partitarum, in l. 12. tit. 5. p. 1. & ibi Gregorius Lopez, in
gloss. 1. cōcordat dispositionem illius legis, cum tex. in c. antiqua,
de priuileg. & refert Sebastianus Ximenes, in cōcordantijs vtriuf-
que iuris, cum legibus partitarum, in lib. 5. Decretalium, tit. 33.

Caput Undecimum.

De vi quaternarij numeri variè, ac catholicè expensa; ma-
xime autem ex Cruento, & Incruento Christi Domini
nostrí Sacrificio: ad congruentiam quatuor
insignium Patriarchalium sedium.

S V M M A R I V M .

1. *Quaternarius numerus catholicè expensis pro quatuor sedibus*
Patriarchalibus, ad honorem Ecclesie, & Primatus Papæ. &
num. seq.
2. *Deus omnia fecit in pondere, numero, & mensura.*

- 3 Liberius Papa numerum 318. patrum Nicani Concilij expendit.
- 4 Omnia ex numeris constant.
- 5 Doctores, qui numerorum vim expenderunt, tam in diuinis, quam in naturalibus, ibidem.
- 6 Quaternarium numerum qui celebrant.
- 7 Quaternaria multa simul numerata.
- 8 Aliorum dicta transcribere, vitium est; inutilem librorum multitudinem producens.
- 9 Auctores aliqui soliti aliorum dicta sibi tribuere.
- 10 Fatendum est, per quos proficimus.
- 11 Nullus potest pro dignitate laudare quaternarij naturam.
- 12 Tbraces homines usque ad quatuor tantum numerabant.
- 13 Pithagorcorū numeri non sunt inanibus allegorijs interpretandi.
- 14 Nati in quarta Luna putabantur laboriosi; quia Hercules tunc natus esset.
- 15 Mercurio quartus numerus dicatus; quia quarta die mensis natus fuit.
- 16 Fortuna super rotundum lapidem picta, pro eius inconstantia.
- 17 Pecunia fortunæ, ac mutabilitati subiecta.
- 18 Ianus quadrifrons depictus, & quare.
- 19 Eum Ausculta, cui quatuor sunt aures. Adagium.
- 20 Pithagoricum iuramentum hoc erat, iuro tibi per eum, qui datus animæ nostra quaternarium numerum.
- 21 Numerandi rationes, quatuor.
- 22 Generationes omnium rerum, quatuor.
- 23 Decas plena, quatuor numeris gradatim plicitis integratur.
- 24 Quaternarius numerus idea quædam omnium, que creata sunt.
- 25 Entium omnium quatuor genera.
- 26 Homo nobilissima creaturarum.
- 27 Euangeliū homini prædicatum, omni creature prædicatum dicitur.
- 28 Adam Datius homo, non autem natius: creatus ex terra sumpta ex quatuor mundi cardinibus, in quatuor literis sui nominis disignatis:
- 29 Dei nomen quatuor literis exprimitur apud omnes ferè gentes.
- 30 Attributa Dei quatuor, Potentia scilicet, Sapientia, Iustitia, & Bonitas; quæ concurrunt in omni effectu diuino.
- 31 Substantialia in Deo quatuor sunt, Bonitas scilicet, Incorruptio, morta-

Immortalitas, & Incommutabilitas.

- 32 *Actio bona quadruplicem requirit bonitatem.*
- 33 *Consecratio Corporis Christi, quatuor substantialibus verbis fit.*
- 34 *Dictio, Enim, est de precepto Ecclesiæ, non autem de substantia Sacramenti Eucharistie.*
- 35 *Eucharistie Sacramenti quatuor substantialia, ex Nicolao de Plone, & Vinaldo.*
- 36 *Missa, quatuor partes continet.*
- 37 *Ecclesiæ statum quatuor verbis commendamus Deo, in Missa.*
- 38 *Dei beneficia hominibus collata; innumerabilia sunt.*
- 39 *Bona quadruplicia sunt, Fortunæ, Naturæ, Gratiae, & Glorie: per quadruplicem Euangeli mensuram significata.*
- 40 *Dei beneficia ad quatuor reducuntur, Creationis scilicet, Redemptionis, Iustificationis, & Glorificationis.*
- 41 *Nomina illa quatuor in prefatione Missæ, Dignum, Iustum, Aequum, & Salutare: qualiter interpretentur.*
- 42 *Prefationes Missæ, Decem sunt.*
- 43 *Consecratio Corporis Christi super quatuor lnteamina (comprehensio corporali) facienda est.*
- 44 *Lnteamina Altaris quadrangula debent esse.*
- 45 *Ara apud antiquos quadrata erat.*
- 46 *Lapis sacer super quem consecrandum est, debet esse quadratus.*
- 47 *Vendicare licet ab Aegyptiorum sapientia, quod Religioni Christianæ videtur expedire.*
- 48 *Lapis Primarius in aedificanda Ecclesia ponendus, debet esse quadratus.*
- 49 *Pontificale Romanum allegatur ad Decisiones causarum.*
- 50 *Misericordia Dei dicitur quadrata.*
- 51 *Paschata quatuor fluxerunt à Baptismate Christi, usq; ad eius Passionem.*
- 52 *Christus suscitando Lazarum quatriduanum, fleuit ob quatuor causas, & ex eo die crevit in eum, Iudaorum inuidia.*
- 53 *Christus coram quatuor scelerrissimis iudicibus fuit oblatus, Anna, Caypha, Pilato, & Herode.*
- 54 *Christus flagellatus à quatuor sceleratis ministris; & quatuor instrumentorum generibus, & num. 55.*
- 56 *Christi uestes in quatuor partes, & in quatuor milites diuise.*
- 57 *Psalterium Basilia S. Petri ad Psalmum Dauid, 95. habet illa verba notabilia, Dominus regnauit à ligno.*
- 58 *Iudai abstulerunt à Psalm. 95. dictiōnem, à ligno. ibidem.*

- 58 Christus mori in cruce voluit, propter quatuor potissimum causas.
- 59 Agnus Paschalis torrebatur ad ignem, in figuram Crucis similem conformatus.
- 60 Crux Christi quadrata, & quatuor habet literas, ut mors,
& vita.
- 61 Crux, Hieroglyphicum vita fuit.
- 62 Carthusiana Religio in perpetuo silentio consistit, cuius professores omni suspicione carent.
- 63 Deus quatuor modis vocat homines ad cœlestem patriam.
- 64 Anima creata à Deo, propter quatuor, videlicet, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur.
- 65 Iudicium humanum quatuor modis perueritur.
- 66 Daemonum genera quatuor.
- 67 Crucis Domini titulus, quatuor dictiones habet: & quatuor mysteria continet.
- 68 Crux Christi ex quatuor generibus lignorum constructa.
- 69 Christus Dominus quatuor clavis affixus fuit cruci, secundum grauissimos; & Beatae Brigitæ revelationem.
- 70 Pedes Christi separatim singulis clavis infixi fuerunt tabulae; in stipite Crucis posita.
- 71 Passio Christi maior omnibus doloribus; propter quatuor causas.

1 **A**ctum † est supra, de rationibus, motiuis, ac causis, quare Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana verè fuerint præcipua Patriarchales sedes constitutæ; separatim illas, ac diuisim considerando: Successiū nunc agendum erit, de magnis alijs causis, insignibusque mysterijs, quare scilicet, in toto Orbe terrarum, post Romanam Ecclesiam, ad hunc quaternarium tantum numerum fuerint reductæ; numerum illarum, non superstiosè; sed Catholicè potius, ad Ecclesiæ Sacrosanctæ honorem, & Romani Pontificis primatū; expendēdo.

2 Deus † enim, qui omnia nedum in pondere, & mensura, sed, & in numero fecit; vt habetur Sapientiæ, c. 11. quodammodo etiam nobis permisit, vim numerorum indagare. † Vt iam dudum fecerat Liberius Papa, in Epistola ad Orientales, vbi trecentos decem, & octo viros, in Nicæno Concilio congregatos, ad tot alias applicauit, quibus Abraham quatuor Reges, cum multis hostiis milibus debellauit. Genesis, c. 14. & refert Couarr. lib. 4. resolut. cap. 15. vers. trecentorum.

Vnde

4. Vnde † recte ex Boetio, & alijs obseruauit Petrus Gregorius, in Syntaxi artis mirabilis, lib. 15. c. 10. quod omnia ex numeris constant, traditq; plures graues, ac catholicos, qui ad varios, ac diuersos effectus vim numerorum, tam in diuinis, quam in naturalibus spenderunt. videndus Rabanus Maurus, de Institut. Clericorum lib. 3. c. 22. vers. Vnde ratio. Baptista Paulianus, in tract. de Iubileo, super c. cum ex eo, de penit. & remiss. lib. 1. c. 3, & latius Petrus Bungus, de mystica numerorum significatione, vbi de omnibus fere numeris, ex abditis disciplinarum fontibus haustas vires, ac significationes patefecit.
5. In † terminis autē nostris, de quaternario numero multi, multa dixerunt: exemplo Democriti, qui librum integrum de illo numero compositum. Videndus S. Thomas, in opusculo 71. S. Bernardus, in sermone de Quadruplici debitore, & in sermone de Quatuor modis orandi, & in sententijs. Nicolaus de Lyra, in prologo in Epistolas Canonicas, & in præfatione, in librum Numeri, in principio. Cœlius Rodighinius lib. 12. lectionum antiquarum, c. 9. & Petrus Bungus, vbi proxime, titulo de numero quarto. In iure nostro prædictus numerus celebratur, vt patet, in præmio institutæ, in §. igitur, & ibi gloss. verb. prima elemen- ta, c. non debet, de Consanguinitate, & affinit. c. cum in multis. de Rescript. in 6. & vbique gloss. & Doctores. Castaneus, in Cata- logo gloriae mundi, p. 12. considerat. 37. in princ. in vers. de laude vero quaternarij, Dominus Antonius Boniolus I. V. D. Bononiensis, & Archipresbyter S. Petri, in luculenta oratione, ad dignissimum Cardinalem Gabrielem Paleottum habita, de Vera sacerdotis perfectione. Thomas Actins, in tractatu de Ludo Scacchorum, q. 6. num. 103. & seq. maxime num. 107. & 108. Ioann. Andreas, in d. c. non debet, nu. 9. & Ludouicus Gomes, in repet. d. c. cum in multis, nu. 74. cum seq. maxime, nu. 95. vbi Crini- tum, Censorinum, Codrum, & Zacchariam Abbatem late de hoc numero agentes: allegat.
6. Ex † quibus præcipue deducuntur, quod quatuor sunt flumi- na Paradisi, quatuor cœli partes, quatuor anguli, & partes ter- re; & quatuor principales venti. Elementa quatuor; complexio- nes hominum quatuor; Annī tempora quatuor; tempora magna ab Adam usque ad finem seculi, quatuor; liberi arbitrij status quatuor; charitatis gradus quatuor; Cardinales Virtutes qua- tuor; musicæ artis voces, & rationes quatuor; Conuiuij partes, quatuor; Astrologiae partes, quatuor; Affinitatis, & consanguini- tatis

tatis gradus quatuor; Animus constat ex quatuor; Cognoscitur Deus per naturas modis quatuor; idem operatur modis quatuor; & apud omnes fere gentes, eius nomen scribitur literis quatuor. Denique quatuor sunt præcipua regulæ mendicantes, quatuor Sacrosancti Domini nostri Euangelistæ, quatuor primi Ecclesiæ Doctores, quatuor memorabiles in sacra Scriptura quadrigæ, quatuor Rotæ, quatuor Cherubim, & quatuor admiranda animalia oculis plena, quæ signanter prædictos quatuor Patriarchas representant.

- 7 Superiorum † ergo auctorum exemplū sequutus, aliqua erunt (sed diuersa à prædictis) de eodem quadruplici numero excogitanda. Aliorum siquidem auctorum (vel,eis allegatis, vel tacitis) dicta transcribere, vitium est, solam inutilem librorum multitudinem producens, vt dicebat Rodericus Soarez, in allegatione iuris, 23. nu. 4.
- 8 Hinc † etiam placuit eorum loca, & dicta præcipua allegasse, quia, qui aliorum dicta sibi tribuit, ingratitudinem, vitiumque committit; furto comparandum, vt aduertunt Bald. in præmio foedorum, nu. 2. Felinus, in cap. si quando. nu. 8. in fin. de re-script. Ias. in §. fin. nu. 31. Inst. de actionib. & Henricus Botthæus,
- 9 de Synodo Episcopi, p. 1. num. 68. † Quo vitio, aliquos ex nostris laborasse, retulit Mandosius, in regula Cancellariae 29. de subrogandis colligantibus, q. 12. num. 2. & de Cassaneo passim conqueritur Tiraquellus, vt patet, in eius indice, ad leges Connubiales, litera C. vers. Cassenei furta. † Laudabile quidem est, fate-ri, per quos, quisque profecerit, vt dixit Plinius, in præmio naturalis historiæ, vers. argumentum. Et sentiunt Petrus Gregorius, in Epistola, quam Deo omnipotenti dicauit, in princ. Syntagmatum iuris vniuersi, in vers. ego Mecenas Adorande, & Mandosius, in tract. de ingratitu. c. 104. de ingratitu. Scriptorum in eos, quorum scripta surripiunt.
- 10 Maxime † vero supradicti auctores erant allegandi, quia licet multa de quaternario numero dixerint: plura tamen ob eius magnitudinem, posteris reliquerunt cogitanda. Vnde optime dixit Petrus Bungus, vbi supra, quod quaternarij naturam; nullus fatus pro dignitate laudare poterit. † Eius siquidem insignia, & occulta mysteria, vel ex eo quodammodo elucescunt, quod dignatus fuerit Deus gentem quandam creare; quæ solum materialiter usque ad quatuor numerare sciret, vt de Thracibus hominibus obseruavit Alexander ab Alexandr. Genialium dic-
- 11 rum,

rum, lib. 3. c. 25. vbi Tiraquell. in verb. Thraces, Aristotelem allegat.

13. Illud † vero in primis aduertendum censeo, aliquando in obseruatione huius numeri, sicut, & in multis alijs rebus, deceptam fuisse antiquitatem. Quare, non sunt veterum superstitiones sequendæ; sicut neque omnes Homericæ Fabulæ, & Platonicorum, & Pithagoreorum numeri inanibus allegorijs interpretandi, vt aduertit Manutius, in Adagio, Aut quinque bibe, aut tria, aut 14 ne quatuor. † Per hanc siquidem obseruationem, periculum, ac damnum in quaternario considerabat; sicuti infelices, & laboriosos significabat quarta luna natos: ex eo, quod laboriosissimus Hærcules: ea luna natus esset, in felicitatemq; ex equo Troiano expendit; vt refert Iulius Cæsar Cappacius, lib. 2. de l'imprese, c. 12. fol. 29. quia teste Virgilo, secundo Æneidos.

— quater ipso in limine portæ

Subsistit.

15. Quinimo † eadem ipsa antiquitas, prædictum quaternariū numeri pro honore, commodo, ac felicitate usurpauit. Cilenio enim (id est Mercurio) numerum illum dedicauit, quia quarta die mensis natus fuit, vt refert Petrus Bungus, vbi sup. tit. de numero quarto. † Fortunam quoque, vt mutabile innueret, super rotundum lapidem depingebat, vt aduertit Pierius Valerianus, in 17 Hieroglyphicis, lib. 39. tit. de quadrato, in verb. sapientia. † Ex quo (forfan) communiter pecunia rotundam formam habet, quia fortunæ, ac mutabilitati subiecta est, ex traditis, à Tiraq. de Nobilitate, c. 4. num. 3. in fine. At verò sapientiam, tanquam perpetuam, ac firmam: super quadratum lapidem collocabat, vt dixit Pierius, vbi supra. Cui simile est, quod de sapiente homine, ac stupido aduertit Manutius, in Adagio, Quadratus homo.
18. Præterea † Ægyptij Ianum, cui principia, & fines, introitusq; & exitus dedicabant: quadrifrontem depingebant, vt ex eodem Valeriano patet, vbi supra, lib. 32. tit. Quadrifrons, in principio, 19 & verb. quatuor anni qualitates. † Lacædemonij quoque, simulacrum Apollinis quatuor auribus, & quatuor manibus pingebat, vt eius certiora responsa significantur. Vnde etiam ortū fuit Adagium; Eum ausulta, cui quatuor sunt aures. † Deniq; Pithagorici illa iurandi forma vtebantur, videlicet, Iuro tibi per eum, qui dat anima nostræ quaternariū numerum, vt refert Alexander ab Alexandre, Genialium dierū, lib. 5. c. 10. vers. Pithagorici, & ibi, in additione Tiraquellus. Ex quibus patet, ab ipsa etiam colligi gentilitate,

O litate,

litate, frequētius quaternarium numerum honoris, ac fœlicitatis fuisse Symbolum.

- 21 Sed † & ipsa gentilitate omissa, ex ipsis rerum exprimentis apparet, magnam esse illius numeri vim, ac efficaciam, ut nedium multa comprehendat, sed, & plura notabilia producat. Rationes enim numerandi quatuor esse, obseruat Petrus Gregorius, in
- 22 Syntaxis artis mirabilis, lib. 15. c. 10. ¶ Quatuor esse generationes omnium numerorum, dixit gloss. in verb. perfectus, vers. vnde dic.
- 23 in §. quem librum, in præmio sexti. ¶ Nam, & plena Decas quatuor numeris gradatim plicitis, integratur, ut Martialis Cappella lib. 7. de Arithmetica, in cap. de tretade, obseruat, & Episcopus Bernardinus Miedes, de Constantia, siue de vero hominis statu, lib. 3. in princ.
- 24 Quinimo † Andreas Tiraquellus, de Præscript. l. 1. glos. 4. num. 3. scriptis, quaternarium numerum, seu quaternitudinem ideam.
- 25 quandam esse omnium, quæ creata sunt. ¶ Omnium siquidem entium quatuor sunt genera. Primum earum rerum, quæ habent esse tantum; Secundum earum, quæ habent esse, & viuere; Tertium earum, quæ habent esse viuere, & sentire; Quartum earum, quæ habent esse, viuere, sentire, & intelligere, ut post alios aduertit
- 26 Cassaneus, in catalogo gloriæ mundi, p. 2. confid. 1. ¶ Hinc est, quod homo, quia nobilissima est creaturarum, glos. verb. dignitatem, in l. Iustissime, ff. de Edilitio edicto, quod exornant Cælius, lib. 1. lectionum antiq. c. 2. & c. 39. Cassaneus, ubi proxime, in vers. vnde ergo, & Petrus Gregorius, in Syntaxis artis mirabilis, lib. 9. cap. 1.
- 27 ¶ Ideo, ijs omnium entium generibus participat, habetq; communi ne esse cum lapidibus, vigere cum arboribus, sentire cum animalibus, & intelligere cum Angelis. Cumq; illi Euangelium prædicatur, omni creaturæ dicitur prædicari, ut expendit Gregorius Papa, & refert Breuiarium Romanum, ad diem Ascensionis Domini, in lectione 9. & tetigit Petrus Gregorius, Syntagmat. iuris universi, lib. 7. c. 1. num. 3.
- 28 Hinc † primus ille non nativus, sed dativus homo Adam, quem sic appellat Bart. in l. Iurisgentium, §. & ideo num. 2. ff. de paci. creatus fuit ex terra, sumpta ex quatuor mundi cardinibus, comprehensis in illis quatuor sui nominis literis, ut post Beatum Augustinum, Cyprianum, & Bedam aduertit Sixtus Senensis, in Bibliotheca Sancta, lib. 3. tit. de Prima elementariorum expositionis modo, in vers. Augustinus, & Paulus Gryfaldus, in decisionibus Catholicæ fidei, in verb. Adam.

- 29 Quid? † quod, & ipse Deus Opt. Max. dignatus fuit, in se ipso quaternarium hunc numerum consecrare; ferè enim apud omnes gentes nomen suum sanctissimum quatuor exprimitur literis; vt pôderauit Ludouicus Gomes, in d.c. cum in multis, num. 87. de Rescript. in 6. quas refert omnino videndus Petrus Bungus, de mystica numerorum significatione, tit. de Numero quarto, in vers. Quatuor tandem, & Cælius Rhodig. lib. 12. c. 9. vers. quid porro.
- 30 Quatuor † semper Dei concurrunt attributa in omni effectu diuino, Potentia videlicet, Sapientia, Iustitia, ac Bonitas; vt post D. Thomam obseruat Nauarr. Aspilcueta, in c. libenter, num. 12. de Pœnit. distin. 1. † In Deoq; quatuor sunt substantialia; bonitas, incorruptio, immortalitas, & incommutabilitas, teste Beato Isidoro, lib. 1. de Summo bono, c. 1.
- 32 Præterea † cum omnis bona actio quadruplicem bonitatem requirat, generis scilicet, speciei, circumstantiarum, & finis: vt ex S. Thomâ refert Dominus Cardinalis Paleottus, de sacri Consistorij Consultationibus, in conclus. operis, in membro 1. in vers. Quod modum: Hinc, nedum in incremento Missæ sacrificio, sed & in sacratissima, cruentaq; sua passione, plura apparent huius quaternarij numeri notabilia mysteria.
- 33 Si † quidem, vt corpus suum sanctissimum consecraret, sicque nobiscum esset, vsq; ad consummationem sacerdoti; Matthæi, cap. fin. Clemen. si Dominum, §. 1. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum; quatuor illis substantialibus verbis vsus fuit, dicens. *Hoc est Corpus meum*, vt habetur Matthæi, c. 26. relatiuè, in cap. 34 cum Marthæ, §. sanè multa, de Celebr. Missarum. † Dictio namque illa, Enim, quam illius ministri sacerdotes proferimus in Missæ sacrificio, quamuis de Ecclesiæ præcepto sit; non est tamen de substantia Sacramenti, vt est communis Catholicorum resolutio, & docet Catechismus Romanus, ex decreto Concilij, par. 2. de 35 Eucharistiæ Sacramento, in c. 4. num. 19. & 20. † Alia præterea quatuor de substantia huius Sacramenti, videbis apud Nicolaum de Ploue, in tract. Sacerdotali, in tit. de Sacram. Eucharistiæ, & in tit. de credendis circa hoc Sacramétum, in vers. octauo credendum, & Alphonsum Viualdum, in candelabro aureo, p. 1. de Sacramentis in genere, num. 20.
- 36 Sacrosanctum † etiam Missæ Sacrificium quatuor partes continet, obsecrationes videlicet, orationes, postulationes, & gratiarum actiones; iuxta Apostolum, 1. ad Timotheum, c. 2. Nam à principio, usque ad offertorium, obsecrationes fiunt; inde, usque ad finem

nem Dominicæ orationis, dicuntur orationes; ab eo loco, vsq; ad communionem, postulationes; et denique à Communione, vsque ad finem Missæ, gratiarū actiones; vt expendit Stephanus de Gaeta, in repet. c. ad limina, 30. q. 1. in §. 6. de Sacramento Euch. nu. 84.

37 Hæc tamen quadruplex Stephani Gaetæ distinctio Missæ, non sic stricte accipienda est, vt illa, quam de oratione (puta) agere dicit, nihil de postulatione, vel obsecratione, vel gratiarum actione agat. Ipsa siquidem secunda Missæ pars, quæ quadruplicem apellationem habet, secretum scilicet, actionem, sacrificium, & canonem, vt obseruat Gabriel Biel, in expositione sacri canonis, in lectione 15. & in epithome parua, in verb. Te igitur, &, quæ pro integro Sanctæ Ecclesie statu, per quatuor verba Dominum deprecatur, quod eam dignetur pacificare, custodire, adunare, & regere; non minimam de gratiarum actione mentionem facit, alta voce dicens, *Gratias agamus Domino Deo nostro.*

38 Vndeçcum animæ dictum sit, *noli obliuisci omnes retributiones ejus*, in psal. 102. quæ innumerabiles sunt, vt tangunt S. Antoninus,

in summ. p. 2. tit. 3. c. 9. §. 8. & seq. & Michael Annyon, de Vnitate

39 OUILIS, & Pastoris, c. 1. per totum: Signanter autem quatuor sint; bona scilicet fortunæ, naturæ, gratiæ, & gloriæ; per quadruplicem: illam mēsuram, bonam, confertam, coagitatam, & superfluentem, significata, vt habetur *Lucæ*, c. 7. & ibi expendit Beatus Diony-

40 sius Carthusianus. Vel, secundum Ioannem de selua, in tract. de Benificio, p. 1. q. 2. num. 21. quatuor illa sint principia Dei beneficia, Creationis videlicet, Redemptionis, Iustificationis, & Glo-

rificationis.

41 Hinc † quotidie, quadruplices in hac secunda parte Missæ, gratias Deo reddimus, dicendo, dignum esse, iustum, æquum, & salutare. Dignum scilicet; quia nos sua mera voluntate creauit: Iustum, quia nos pura sua misericordia redemit: Æquum, quia nos gratuitæ iustificat: Salutare, quia nos perpetuo glorificat. vt optimæ expendit Lelius Zecchus, in tomo de Sacrament. in tract. de Missa, in cap. 16. in §. de Praefatione, in vers. Incipit vero præfatio.

42 † Quo factum est, vt licet in diuersis anni solemnitatibus, decem utamur in Missa diuersis præfationibus, c. inuenimus, iuncta glossa in verb. nouem, de Consecrat. distin. 1. Hæc tamen quatuor notabilia nomina, in omni præfatione collocantur, vt in perpetua tantorum beneficiorum gratiarum actione, semper maneamus.

43 Denique † sacrosanctum Missæ sacrificium, ad Corpus Domini nostri consecrandum, quatuor sinteramina requirit: corporali
(quod

(quod etiam linteamen dicitur, ut habet Ordo Romanus, tit. Bene dictio corporalis, in secunda oratione) comprehenso; quidquid Iacobus de Graphijs, in decisionibus casuum conscientiae, lib. 2. c. 46. §. 6. duas pallas, & unum corporale assignet, quem sequutus est Emanuel Rodriguez, in summa casuum conscientiae, tomo 1. c. 249. conclusione 17. allegans tex. in c. altaris palla, de Consecratione, dist. 1. quo tamen, id non probatur. Et contra eos sa cit expresse (ut alia omittam) Pij Primi Papae decretum, à Missali Romano innovatum, quo negligentia sacerdotis celebrantis punitur, cum de sanguine Domini ex calice, vel, usque ad quartum linteamen aliquid stillauerit, ut habetur, in c. si per negligentiam, de Consecrat. distin. 2. Et eius verba referunt Bernardus Diaz, in pract. canonica, c. 37, in verbo, ac ob negligentiam, & Nauarrus, in Manuali, c. 25. num. 39. Ne igitur superfluum, vel diminutum tantum Pontificis decretum dicatur, afferendū est necessario, Sacro-fancta incruenti sacrificij mysteria, super quatuor (comprehenso corporali) pallias: esse celebra, & ita obseruant, qui has res diuinās diligentius tractant, ut expresse adnotauit Franciscus Suarēz, in 3. p. S. Thom. q. 83. artic. 3. disputat, 81. sectione 6. in prin. 44. cip. Sed et linteamina illa quadrangula esse debere, expresse aduertit glossi, in d. c. Altaris palla, de Consecrat. distin. 1.

45 Vltimo† autem, sicut apud antiquos Ara, super quam immolabant; & thus adolere solebant, quadrata erat, ut refert Alexander ab Alexandro, lib. 4. Genialium dierum, in c. 17. in vers. hæ enim;

46 † Ita (& multoquidem congruentius) facer lapis, super quem modò æterno Deo viuo, ac vero ministramus, & sacrosanctum filij sui Domini Nostri Iesu Christi Corpus consecramus: tantæ longitudinis, quantæ latitudinis esse debet; id est quadratus, ut omnibus patet, ad tex. in c. Altaria, de Consecrat. dist. 1. & tetigit Lelius Zecchus, in d. tract. de Missa, c. 11. de Altaribus, in princ. & Cucchus, in institutionibus maioribus, lib. 5. tit. 6. de Mis- fa, num. 45.

47 Licet † enim, ab Ægyptiorum sapientia, quod Christianæ Religioni expedit, vendicare; exemplo Moysis, ut habetur, actuum Apostolorum, c. 7. Nam cum Christus vera Dei sit sapientia, i. ad Corinthios, c. 1. merito super quadratum lapidem erat collocandus, ut supra de Hieroglyphico Sapientiae tetigi. Manet enim in æternum, ut habetur, Ioann. c. 8. & c. 12.

48 Ex † quibus etiam intelliges, quare primus ille lapis, in Ecclesia ædificanda ponendus, præcipitur quod sit quadratus; ut patet.

- patet, ex Pontificali Romano, p. 2. tit. 1. de Benedictione, & impo-
49 sitione primarij lapidis, in princ. ¶ Huius autem libri auctoritas,
ad decisionem causarum allegabilis est, gloss. verb. Pontificali. in Clem-
vnice. in §. dudum, de Iure iurand. Henricus Botthæus, de Synodo
Episcopi, p. 3. num. 6. & Baptista de S. Blasio, in repet. rubrica, De-
creti, num. 39.
- 50 Optime & igitur quadratus erit sacer ille lapis (quem etiam
Aram dicimus) super quem recolimur ineffabilem Dei misericordiam,
quam quadratam esse, expedit Bernardinus Bustus, p. 2. ser-
mone 20. lit. S. incip. ex predictis; ut sic in celebratione tanti my-
sterij, & à forma quadrata, & à quaternario numero non disceda-
mus, propter mysteria etiam, quae in passione Domini cruenta
circa istum numerum fuerunt celebrata.
- 51 Ab † ipso siquidem baptismate Christi, usque ad eius Sacratissi-
mam passionem, quatuor sunt Paschata reuoluta, ut probat Illu-
strissimus D. Cardinalis Baronius, in Annal. Ecclesiast. tom. 1. sub
Anno Christi, 34. in vers. 146. incip. sunt plerique, cum vers. seq.
- 52 Arsis & præterea iudeorum furor, & inuidia, ut Iesum morti tra-
deret, ab eo die, quo ipse Dominus Lazarum quadriduanum susci-
tavit, ut habetur, Ioan. c. 11. in quo actu etiam fleuit propter qua-
tuor causas, quas ponderat Aluarus Pelagius, de planctu Eccle-
siæ, lib. 2. c. 5. post med. in vers. quatuor autem.
- 53 In † horto etiam (ubi erat orans) captus ab iniqua cohorte,
ad quatuor scelestissimos ductus fuit, Annam videlicet, Caypham,
Pilatum, & Herodein, ut habetur, Ioann. c. 18.
- 54 Iussu & deinde Pilati flagellatus fuit, ut habetur Marci, cap. 15.
quod quatuor crudelissimi ministri fuerunt exequuti, ut aduer-
tit Ioannes Taulerius, de vita, & passione Christi, in c. 24. vers. &
55 hi forsitan. ¶ In quo acerbissimo flagellorum actu, quatuor in-
strumentorum genibus vtebantur, funibus scilicet crassioribus,
ferreis scorpionibus, catenis, & virgis spineis, ut ex traditione
eorum, qui incolunt terram sanctam haberi, testatur Franciscus
Suarez, tom. 2. p. 3. D. Thomæ, q. 46. artic. 8. disput. 35. sectione 2.
vers. Dico tertio.
- 56 De vestibus etiam Domini in sua passione, quatuor partes fa-
cta sunt, ut habetur, Ioan. c. 19. diuisæque fuerunt, inter quatuor
milites, ut ex Sanctis Augustino, & Cyrillo idem Suarez obseruat,
in d. q. 46. art. 12. disp. 37. sect. 1. in vers. sed circa; q̄ nota, ad c. sicut
Domini vestimentū, 16. q. 7. & ibi explicat Archidiaconus, nu. 1. &
Aluarus Pelagius, de planctu Eccl. lib. 1. c. 61. vers. de ista tunica.

Præterea

- 57 Præterea, vt verba illa David implerentur: *quia Dominus regnauit à ligno;* Quæ dixerat, in Psal. 95. vt habet sacer ille Hymnus, Vexilla Regis, & Psalterium, quo Ecclesia S. Petri in Vaticano Romæ vtitur, quæ ego legi in ipso Psalterio, & refert etiam Doctissimus Genebrardus, in explanatione dicti Psalmi (Hebræi namque verba illa à ligno sustulerunt, vt post Iustinum Martyrem obseruat Couarru.lib.4. resolut.c.5.num.5.& tetigit Gysfaldus in decisionibus Catholicæ fidei, verb. Biblia, num. 5. vers. il-
58 lud etiam) † Diuina ordinatione Crucis mortem elegit Dominus, etiā propter quatuor præcipuas causas, quas refert gl.inverb.
Cruci, in Clem. 1. de summi Trinit. quam ibi sequuntur Doctores,
59 maxime Zabarella, num. 14. & seq. † Nam, & Agnus Paschalis, qui illius Symbolum erat, in figuram Cruci similem conformatus; ad ignem torrebatur; teste Iustino Martyre, in Dialogo, cum Triphono Iudeo, editionis vltimæ Francofordianæ, sub Margi-
,, nali, num.58. pag.200. hæc addens verba. Nam veru vnum ab
,, infimis partibus ad caput vsque adactum perfigitur, & aliud rur-
,, sum secundum Scapulas, ad quod suspendebantur manus Agni.
Hæc S. Iustinus, licet eius verba paulo aliter referat Iosephus
Acosta, de Christo reuelato, lib.8.cap.3 i.num.15.
60 Ipsa † quoque Crux Domini quadrata fuit, vt speculatur Guilielmus Durandus, in Rationali diuinorum officiorum, lib. 5.c. 2.
num. 16. quatuorque habet literas, sicut, & mors (quæ quadriplex est, secundum conualentinum Beatum Vincentium Ferrer, in tomo, de Sanctis, Sermone 14.) quatuor literas habet; ut potest, quæ erat per illam vincenda, & vita (cuius etiam quatuor literæ sunt) reparanda, vt habet prefatio de Cruce.
61 Crux † namque vitæ Hieroglyphicum fuit, vt ex alijs tradit Il-
lustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 1. sub Anno Christi, 34. vers.92. incip. sed ijs omni-
62 bus. † Nā, & quatuor modis solet Deus homines vocare ad cœ-
lestem patriam, vt expendit Petrus Sutor, de vita Carthusiana,
lib. 1. tract. 2. c. 1. in vers. omnes quidem sufficienter vocat. Agens
enim de origine insignis Cathusianæ Religionis (quæ in perpetuo
silentio consistit, vt refert Nauarrus Aspilcueta, in cons. 10. de Re-
gularibus, num. 2. volum. 1. & cuius professores omni carent su-
spicione, ex Francisco Nicnitio, in repet. c. quoniam contra, p. 1.
63 num. 220. de probat.) † Speculatur, solitum esse Dominum, voca-
re homines vocibus, signis, nuncijs, ac literis. Pro quo possent ex-
pendi, verba illa, Canticorum, cap. 6. *Reuertere, reuertere Suna-
mitis,*

142. De vera Quattuor Patriarchalium

- mitis; reuertere, reuertere; vt intueamur te. De quibus agit S. Bernardus, in Sermone 3. de Annunciatione, in fine, vt sic homo, qui per tres status transiuit, instituti videlicet, lapsi, & redempti, facile posset ad quartū, glorificandi videlicet, peruenire.
- 64 Conguebat † enim, quod cum Deus propter quadruplicem finem creauerit rationalem animam, videlicet, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidentio frueretur: Ut sic fieret protestatio primæ veritatis, summa beatitudinis, immensæ Maiestatis, & æternæ felicitatis: vt ex S. Augustino, & Magistro sententiarum refert S. Antoninus, in summa, p. 1. tit. 1. c. 4. I. secundo: sic nos, ad illum quadruplicem finem perduceret, per quadratam Crucem.
- 65 Et † cum quatuor modis soleat peruersti humanum iudicium, timore scilicet, cupiditate, odio, & amore: cap. quatuor modis 11. q. 3. quod non ex Gregorio, sed ex Isidoro refert Burchardus, lib. 16. Decretorum, c. 28. in fin. quem sequuntur Decreti emendatores, quodque Alexander ab Alexandro, ab alio accepit, Genitium dierum, lib. 5. cap. 14. † Quatuorq; sint genera peccatorum, ex Beato Hieronymo, relato, in cap. super tribus, de penit. dist. 1. Et quadruplex sit radix inordinatae vitæ; vt aduertit Frater Bartholomæus Sibilla Monopolitanus, in Speculo peregrinarum questionum, Decade prima, cap. 9. questione 2. in vers. quinto respondet; quatuorque genera malignorum spirituum, ex eodem Sybilla, Decade 3. c. 1. q. 2. in additione: sic, omnia ista quadrupedia vinceret, laceraretq; sacra illa, & quadrata Crux Christi.
- 66 Cuius † etiā Dominicæ Crucis titulus, quatuor illas celebres dictiones continet, quæ sunt, Iesus Nazarenus Rex Iudeorum: quorumque quatuor mysteria speculatur Taulerius, de Passione Christi, c. 38. & quatuor ipsius Crucis mensuras obseruat Ruperthus Abbas, in Euangelium Ioann. cap. 19.
- 67 Fuit † etiam Crux Christi, ex quatuor generibus lignorum constructa, iuxta notabilem illum versum.
- Ligna Crucis Palma, Cedrus, Cupressus, Oliua.
- Quem refert glos. in verb. Cruci, in Clem. 1. de summ. Trinit. & Innocentius Tertius, in Sermone 1. de vno Martyre, paulo postmodum, vbi significationes eorum lignorum explicat.
- 68 Denique † quatuor clavis affixum fuisse Cruci Dominum nostrum, multi grauissimi viri testantur, vt post Gregorium Turonensem, & alios refert Dominus Cardinalis Franciscus Toletus, in Ioannein, cap. 21. annot. 14. vers. 7. Franciscus Suarez, d. q. 46. art. 8.

- art.8. disput. 36. sect. 3. in fin. allegans quandam Beatae Brigitae re-
 70 uelationem. † In stipite enim Crucis Dominicæ tabula erat, in-
 qua pedes Christi singulis clavis infixi fuerunt, reperiunturque
 plures antiquæ imagines, in quibus cernitur ita Christus Crucis
 affixus, ut refert Suarez, ubi supra, & Romæ in Sacristia S. Petri
 in Vaticano, oculata fide similis crucifixio patet. Vnde libenter su-
 periorem quatuor clavorum Christi amplectior doctrinam, ma-
 xime, cum eam teneant Innocentius III. & Toletus ubi proximè, &
 D. Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiast. tomo 1. sub Anno
 Christi 34. in vers. 18. incip. sic expoliatum.
- 71 Ex quibus manifeste deducitur, quod neq; vitiose, neq; inuti-
 liter fuerit expensis ad susceptum nostrum institutum prædictus
 quaternarius numerus, cum ipse etiam omnipotens Deus in pro-
 prijs suis actibus, illum voluerit (ut vidimus) decorare. Maxi-
 me vero in passione sua, quæ major omnibus doloribus fuit, pro-
 pter quatuor causas expensas, à S. Thoma, p. 3. q. 46. artic. 6. vers.
 respondeo dicendum, & refert Nauarrus, in Commentario de Iu-
 bile, notabili, 32. num. 8. in verb. acerbissimam.

Caput Duodecimum.

De alijs naturalibus, moralibus, & Ecclesiasticis quater-
 narijs considerationibus, & maximè circa publicam
 administrationem, & Ecclesiæ Concilia: pro
 ornamento susceptæ disputationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Mundos quatuor esse dixerunt aliqui, & alij: plures.
- 2 Mundus unus est tantum.
- 3 Mundi quatuor partes.
- 4 Linteum ostensum Beato Petro, cuius quatuor erant initia, Or-
bem significabat.
- 5 Monarchia mundi præcipue quatuor, in statua Nabuchodonosori figurata.
- 6 Diuinandi quatuor genera.
- 7 Mundi pulchritudo ex quatuor causis.
- 8 Homo ad huius mundi lucem quatuor modis peruenit, & num.
9. & 10.
- 11 Personarum quatuor species, ex Innocentio III.

P Homi-

- 12 Hominum maxime dignitatis in lege veteri , quatuor genera .
 13 Dignitatum gradus quatuor esse : multis probatis Viris placet .
 14 Reipublicæ bona administratio ; quatuor requirit .
 15 Initium , potissima cuiusque rei pars .
 16 Iustitia vera Principis , in quatuor consistit .
 17 Regum officium , remissum .
 18 Dominus Philippus Secundus Rex noster in vita , & in morte
 laudatus : quatuor charissimo filio D. Philippo III. feliciter
 nunc regnanti commendauit præcipue . & n. 19. & 20.
 21 Magistratibus Reipublicæ quatuor necessariæ qualitates .
 22 Iudicium quatuor personas requirit .
 23 Termini Iudicij substantiales quatuor in Rota .
 24 Iudex circa quatuor signanter pericula versatur .
 25 Iudex cuncta rimatur ; si quatuor obseruat .
 26 Conuincitur quis quatuor modis .
 27 Iurisconsultorum quatuor munera .
 28 Perfectio vita spiritus , quatuor requirit .
 29 Ratio communis vite , ex quatuor locis petenda .
 30 Virtutes Cardinales , quatuor .
 31 Prudentia mater virtutum , quatuor habet conditiones .
 32 Sancti pro utilitate publica , ob quatuor causas liberè loquebantur .
 33 Alphonsus à Borgia Valentinus (qui fuit Papa Calixtus III.)
 commendatus in dicendis sententias in Consistorio , quando
 erat Cardinalis .
 34 Publica utilitas quatuor modis consideratur .
 35 Honesti mores in Republica sunt conseruandi .
 36 Vita honestas in quatuor loca diuiditur .
 37 Libri ad publicam utilitatem , & vitam bene , beatèq; dicendam
 componendi sunt .
 38 Librorum quatuor causa .
 39 In libris quatuor genera hominum versantur .
 40 Argumentum quatuor species continet .
 41 Aegyptiorum sapientia quaternione continebatur .
 42 Gratianus Decretū in quatuor libros diuīst , ex Petro Gregorio .
 43 S. Vincentius Ferrer Valentinus Angelus Dei fuit , qui à Ioāne
 Apostolo in Apocalypsi visus , dicebat , timete Deum , &
 date illi honorem , &c .
 44 Biblia sacra , liber vita .
 45 Vetus , & nouum Testamentum in quatuor partes diuīsum , in
 libros videlicet legales , historiales sapientiales , & prophetales .

Sacra

- 46 Sacra Scriptura sensus, seu intellectus quatuor; historicus, allegoricus, tropologicus, & anagogicus.
- 47 Quatuor scriptura sensus, quid doceant.
- 48 Euangeliū Christi in quatuor libros diuisum.
- 49 Semen Euangelicū in quatuor partes cecidit.
Symbola fidei catholicæ, quatuor. ibidem.
- 50 Vita Catholica ratio quatuor capitibus à maioribus comprehēsa.
- 51 Apostoli Domini, quatuor Concilia celebrarunt.
- 52 Concilia prima Ecclesia quatuor, speciali quodam signo elucescunt, in quibus, tanquam in quadrato lapide, sanctæ fidei structa consurgit.
- 53 Nicæna Ciuitas in quadro posita, lapidem in medio Gymnasiū habebat ad quatuor rectos angulos quatuor portarum, & quo mystico sensu.
- 54 Roma in quadro fundata, quadrata dicta, & quo mystico sensu.
- 55 Roma aeterna dicta, ob Pontificiam supremam sedem.
- 56 Sedes Apostolica an iure possit à Roma mutari.
- 57 Fons Iacob in medio Ecclesiæ quadrifæ positus.
- 58 Romana Ecclesia in arce modum constructa, quatuor est mundi adstricta lateribus.
- 59 Ecclesia quatuor habet præcipua epitheta; Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica.
- 60 Canon, regula dicitur, & quatuor continet species.
- 61 Canon propriè determinatio est Concilij generalis.
- 62 Euangely liber in sella quadam Regia solitus collocari, in medio confessus Concilij generalis.
- 63 Episcopi in Concilio generali in quatuor nationes diuiduntur, & per quatuor deputationes discussas res approbant.
- 64 Concilium generale quatuor conditiones requirit.
- 65 Episcopi vocati ad Concilium, quatuor potissima habere debent requista.
- 66 Canon, etiamimpropriè dicitur Concilij non generalis.
- 67 Conciliorum quatuor genera; Synodale, Provinciale, Nationale, seu Patriarchale, & Generale.
- 68 Dominicus Bannes triplicem tantum Conciliorum diuisionem refert.
- 69 Antiocheni Concilij Canon. 20. explicatur, circa Synodalia Episcoporum Concilia.
- 70 Grecae, & Latina Ecclesia multæ differentiae.
- 71 Episcopi cum suis presbyteris Synodale Concilium celebrant.

- 72 Ius tripartitum dixit Vlpianus; sunt tamen, qui optime quadri-partitum considerant, & num. 73.
- 74 Iuris ciuilis appellatione Pontificium non continetur.
- 75 Lex constringens hominum vias, in quatuor species diuisa à Platone.
- 76 Legis virtus quadruplex; Imperare, vetare, permittere, & punire.
- 77 Lege ciuili quatuor modis acquirimus titulo vniuersali.
- 78 Contractus in nominati, quatuor.
- 79 Obligatio iuris, quadruplex.
- 80 Obligatio ex Contractu quatuor modis contrahitur.
- 81 Lex generalis quatuor signis cognoscitur.
- 82 Legis mens quatuor modis probatur.
- 83 Communis usus loquendi maxime attendendus est.
- 84 Quadrare communiter dicitur, quicquid aptum est, & congruit, ex quo proverbiu[m] in quadrum redigere.

SVNT præterea multa alia naturalia, moralia, secularia, & Ecclesiastica quaternarij numeri exempla, quibus optimè vniuersus Reipublicæ status decoratur; quibusque prædictarum quatuor totius Orbis erectarum insignium Patriarchalium sedium, congruentia colligitur; ad maiorem Ecclesiae sanctæ honorem, ac

- 1 Romani Pontificis primatum cognoscendum. Reiecta f[est] autem in primis eorum opinione, qui mundos innumerabiles esse tenuerūt, vt habetur, in c. fin. in fin. 24. q. 3. & etiam eorum, qui tantum quatuor esse docebant, vt refert Cælius Rodighinus, lectionum antiquarum, lib. 1. cap. 39. ¶ Quia catholica fides vnicum tantu[m] fuisse, ac esse mundu[m] proficitur, vt tetigit Petrus Gregorius, in Syntaxi artis mirabilis, lib. 9. c. 2. & de iuris arte, cap. 3. num. 1. & Paulus Grysalodus, in decisionibus catholicae fidei, verb. mundus, num. 6.
- 2 Vnicus f[est] tamen iste mundus, quaternitudine decoratur, non solum, quia, vt supra tetigi, quatuor sunt ad eins conservationem præcipua elementa, & quatuor eius partes; de quibus etiam Casanus, in Catalogo gloriae mundi, p. 2. considerat. 13. ¶ (Intetum enim Beato Petro offendit, quatuor initia habebat, vt patet Acto rum, cap. 10. & seq. & totum terrarum Orbem significabat, vt aduertit Baptista Ferretus, in reperi. c. 1. nu. 13. vers. octauio, de conf. & Petrus Bungus, ubi supra, in dicto tit. de num. 4. vers. quemadmodum) ¶ Sed etiam, quia quatuor tantum habuit præcipias Monarchias, Chaldæorum scilicet, Persarum, Græcorum, & Romanorum:

norum : quæ fuerunt per quadruplicem illam Nabuchodonosoris statuæ materiam figuratae, vt patet Danielis, cap. 2. vbi sacri Doctores aduertunt . Aluarus Pelagius , de Planctu Ecclesiae , lib. 2. cap. 43. in princip. Cassan. vbi supra, p. 12. consider. 56. vers. sed secundum Thomas Stapletonus , de magnitudine Romanæ Ecclesiae , lib. 1. c. 1. & alij, quos coniicit Grysaldus, vbi supra, verb. Historia, num. 3.

- 6 Quid ? † quod somni illius, statuæque visionis interpretatione, quam Nabuchodonosor à quatuor petierat, ab Ariolis videlicet, à Magis, à Maleficis , & à Mathematicis : tanquam à quatuor diuinandi generibus, de quibus, in c. primo 26. q. 4. in princ. cù ab ipsis habere non posset, habuit à Daniele , communicato prius negotio , præmissaque cum alijs tribus Anania , Azaria , & Misael ad Dominum deprecatione, vt patet, in d. c. 2. Danielis.
- 7 Mundi † præterea pulchritudinem à quatuor prouenire causis, aduertit Rodighintus, vbi supra, lib. 1. cap. 5. & Cassanæus , in d. p. 12. confid. 10.
- 8 Ad † hanc præterea mundi lucem, communemque, & politicā vitam : quatuor tantum modis peruentum est. Primo sine Masculo, & sine Femina , vt Adam ; Secundo, de Masculo sine Femina , vt Eua ; Tertio, de Masculo, & Femina , vt Abel , & coeteri communiter; Quarto, ex Femina, sine Masculo, vt Redemptor noster Christus Dominus ex intæta Virgine Maria , vt expendit auctor Sermonum ad Fratres in æremo , apud Diuum Augustinum Sermone 20. & 28. in tomo 10. † Facit etiam quadruplex ille generandi modus, dum per bonos nascuntur boni , & per malos mali , per bonos mali, & per malos boni; vt ex S. Augustino habetur, in c. reccurrat, l. inuenimus, 32. q. 4. Hostien. in summ. de penitent. num. 59. vers. 2. in fine. † Vt ita quatuor sint genera hominum, aut valde boni, aut valde mali , aut mediocriter boni , aut mediocriter mali, gloss. verb. vel pro valde, in c. tempus, 13. q. 2. Vel, quod alij sint nomine , & re ; alij , nec nomine, nec re ; alij nomine tantum ; alij re tantum, ex gloss. verb. de Ecclesia, in c. Ecclesia Christi , de pœnit. dist. 1.
- 11 Quatuor † præcipuas personarum species speculatus est Innocentius Tertius, in Sermone primo , de consecrat. Pontificis , in princ. † Et in lege veteri quatuor fuisse genera hominum maxime dignitatis , summos videlicet Pontifices, Principes , Prophetas , & Patriarchas : aduertit Ioannes Montaignus, de auct. magn. Consilij, num. 36. vers. Nam in veteri.
- 12

- 13 Gradus † præterea, & ordines dignitatum quatuor esse, plures
grauissimi testantur, licet sint, qui plures, & pauciores assignent.
gloss.verb.magnificentissimis, in Authentico, vt ab Illustribus, &
qui super eam dignitatem, glo.verb.Illustribus, in §.cumque hoc,
in Proæmio institutæ, glo.verb.tribuuntur, in l. i.vbi Doctores, ff.
de offic.eius, cui mandata est iurisd.& Cassan. vbi supra, p.6. con-
siderat. i.vers.ex qua lege .
- 14 Ad † veram præterea administrandæ Reipublicæ rationem ,
quatuor requiruntur, vt ex Aristotele 3. Politicorum, c. i. & Egi-
dio, de Reginime Principum obseruat D. Cardinalis Gabriel Pa-
leottus, de sacri Consistorij consultationibus, p. i.q.3. artic. 6. in
princ. Princeps videlicet, Consilium, Iudicium, & Populus. Petrus
tamen Gregorius, de iuris arte, c.28.num.5. & seq. illa quatuor ,
ita enumerat, bonos videlicet Princeps, probas leges, probos ma-
istratus , & obsequentem populum .
- 15 Cum † autē potissima cuiusque rei pars principium sit, l. i.vbi
16 glos.verb.principium, ff.de origine iuris. † Ideo Princeps, qui pri-
mus in ijs quatuor est, quatuor omnino (vltra illa,qua Cicero, de
optimo eligēdo Imperatore aduertit , virtutem, scientiam rei mi-
litaris, auctoritatem, & fœlicitatem , quæ refert Frater Ludouic.
Granatensis, in Concione de offic. Pastoralis, par. 2. in princ.) ser-
uare tenet, quæ Plutarchus Discipulo suo Traiano Imperatori
vtilissima commendauit; Dei videlicet reuerentiam, sui cultum ,
officialium disciplinam, & subditorum affectum, & protectionem.
In quibus quatuor veram iustitiam consistere, obseruauit Guliel-
mus Benedictus, in repetit.cap.Raynuntius,in verb.Raynuntius,
num.7.de testam.
- 17 Quæ † cum viuens laudabiliter seruasset insignis Rex noster
D. Philippus secundus , vt sic , qua ad Regium munus pertinent
(iuxta tradita, in Parisiensi Concilio, lib. 2. cap. 1. & seq. Aquisgra-
nense, post caput, 16. in c. 1. & seq. tom. 3. Concil. & in Maguntia-
ensi Synodo, in c. 2. & 3. tom. 4. Concil. & c. Regum officium , 23.
q.5.cum similibus traditis, à Lancelloto, in templo omnium iudi-
cium, lib. 1.c. 2. §. 2. & à S. August.lib. 5. de ciuitat. Dei, c. 24.) adim-
18 pleret, † instantे morte , charissimo filio suo D. Philippo Tertio
Regi nostro Catholico, similia quatuor sermone admirabili , ve-
lut præcipua, ac summè necessaria commendauit; Primo, Religio-
nis Christianæ defensionem , obedientiamque summo Rom. Pon-
tifici, & Apostolicæ sedi habendam; Secundo, vt strenue perseque-
retur Hæreticos ; Tertio , quod optimos haberet iustitia mini-
stros ;

- stros; & Quarto, quod diligenter inquireret homines literis, ac pietate praestantes, qui Episcopatibus Regni präficerentur. Quæ ex Hispania accepta fuerunt, & Typis hic Romæ mandata.
- 19 Vnde † cum prædicti Philippi secundi adhuc viuetis laudes celebrauerint, insignis Martinus Nauarrus, de redditibus Ecclesiasticis, q. i. adminito 38. num. 2. & seq. & verè dignissimus Cardinalis Carolus Borromæus, in oratione habita ad primum suum Mediolanense Concilium, in fine, dicens, quod in eius Regia dignitate Sacerdotalem animum licebat agnoscere: † Congruentissime post illius mortem, summus, & omnium maximus Sanctissimus D. N. Clemens Octauus prædictas Regias vitutes, ac laudes ore proprio commendandas suscepit, publico ad hoc Ferrariae (vbi tunc aderat) sacro habito Consistorio, in die Patroni mei Sanctissimi Dionysij, nono Octobris 1598. vt tanti quadrati Regis laudes, ac virtutes: à tanto Pontifice notiores vniuerso Orbi fierent, perpetuoque durarent.
- 20 Alia † præterea quatuor notabilia, ad gubernationem Israelitici Populi consuluit Moysi cognatus suus Ietro, vt patet Exodi, c. 18. dicens illi, quod prouideret de omni plebe Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos: quatuor illas necessarias qualitates habentes, quod essent potentes, timerent Deum, in quibus esset veritas, & odirent auaritiam. Et refert Iacobus Simancas, de Republica, lib. 7. c. 2. nu. 2. Ut hinc etiam constet, consultissime in duobus illis Regijs Cácellarijs Vallisolitana, & Granateni sexdecim selectos iudices (quos Auditores vocamus) in qualibet earum fuisse diuissos in quatuor Clases, seu Aulas: vt testatur idem Simancas, in d. lib. 7. c. 9. num. 2. & ibi in c. 17. vbi agit, de quatuor viris, qui in Regis curia, & in vtroque conuentu iuridico de causis capitalibus iudicant.
- 21 Iudicium † etiam quatuor personas requirit, iudicem scilicet, accusatorem, vel petitorem, defensorem, & testem, iuxta text. in c. forus, s. iurgium, vers. in omni, de verb. signific. quod, & dixerat Fabianus Papa, Epistola secunda, circa finem; licet hoc sub auctoritate Alexandri Papæ referat Burchardus, lib. 16. Decretorum, 23 cap. 15. † In quo iudicio quatuor termini, seu substantiales dilatations sunt in Rota, ad ponendum videlicet, ad articulandum, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, vt aduerterit Octavianus Vestrius, in Practica Rom. Cur. jib. 5. c. 1. num. 1. & seq. & Nicolaus Antonius Grauatus, in additione.
- 24 Sed † cum magistratus minus quam priuatus peccare debeat,

- ob quatuor causas, adductas à Iacobo Simancas, de Republica, lib. 6. c. 16. num. 1. hinc, vt iudex, illa quatuor signanter maxima iudicandi pericula euitet, de quibus agit Rodericus Episcopus Zamorensis, in Speculo vitæ humanae, lib. 1. c. 14. quem omnino videndum commendat Alexander Stiaticus, in Practica iudicaria, 25 in cap. 8. num. 25. † Et, vt adimpleat illud, quod scriptum est, videlicet, quod iudicantem oporteat cuncta rimari; c. iudicantem 30. q. 1. quatuor etiam obseruare tenetur. Primum, quod facile nō credit; Secundum, quod exquisitè discutiat; Tertium, quod neq; gratia, pretio, odio, & inimicitia iudicet: Quartum, vt cum deliberatione pronunciet, vt aduertit Petrus Rebiffus, in l. pronunciatum, vers. in summa, ff. de verb. signific. † Et facit, quia quatuor modis quis conuincitur, vt notat gloss. in cap. nos in quemquam 2. quæst. 1.
- 27 Iurisconsultorum † etiam quatuor munera esse, aduertit Tibarius Decianus, in Appologia pro iuris prudentibus, in c. 1. nu. 1.
- 28 Et † nedum ad perfectionē vitæ spiritualis, quatuor requiruntur, quæ explicat Sanctus Vincentius Ferrer, Patronus noster, in Sermone 3. de sancta Trinitate; vt sic Regularis, quatuor teneatur obseruare, de quibus idem, in Sermone feria sextæ, post Dominicam, Reminiscere: † Verum etiam communis vitæ ratio ex quatuor est petenda, ex lege videlicet naturali, ex diuini Spiritus admonitu, ex iure scripto seu positivo: & ex sanctissimorum hominum exemplis, vt aduertit Pierius Valerianus, in Epistola illa notabili, pro Sacerdotum Barbis, in vers. in primis autem.
- 30 Vnde † optime Cardinales virtutes quatuor sunt, Iustitia, Temperantia, Fortitudo, Prudentia, gloss. verb. sanctorum, in Clem. 1. in §. verum quia, de Summ. Trinit. Seneca, in lib. de quatuor virtutibus, Iacobus Zochchus, in repet. c. omnis vtriusque, num. 172. 31 de pœnit. † Et prudentia, quæ mater virtutum dicitur, cap. 1. de offic. custodis: merito quatuor habet annexas conditiones, vt post Aristotelem, & S. Thomam aduertit Nauarrus Aspilcueta, in cap. fin. nu. 3. de pœnit. dist. 5.
- 32 Hinc † viri sancti, ac iusti pro rerum, ac temporū oportunitate, propter quatuor causas in Reipublica commodum, ac utilitatem cum audacia loquuti sunt. Prima propter eorum accensum desiderium, Secunda propter euidens verum, Tertia propter iniustum eis officium; & Quarta propter expectatum præmium, vt explicans verba illa, Propter Sion non tacebo; Isaiae, c. 62. tradit S. Thomas, & eum allegans D. Card. Paleottus, de sacri Consisto-

33. rī consultationibus, par. 4. q. 11. vers. adhoc autem. † Qui, in p. 5.
q. 1. vers. & ne quis forte, multum circa hoc commendauit Valentīnum Alphonsum Borgiam (qui postea fuit Calixtus Papa Tertiū) dicens, quod cum Cardinalis esset, eam in dicendis sententijs libertatem, cum grauitate coniunctam semper retinuit; vt fine, vlla assentatione, seu timiditate, sed magna modestia, & libertate, quod conducere putabat; loqueretur.
34. Facit † etiam ad supradicta, quod publicā utilitatem quatuor modis considerarunt Doctores, vt aduertit Bart. in l. 1. num. 25. ff. solut. matr. & Petrus Rebuss. in l. pupillus, §. munus publicū, vers. notandum est, ff. de verb. signific.
35. Et † cum honesti mores in optima Republica maxime sint conservandi, l. 1. de Maiuma, lib. 11. C. ibi: *vt seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret.* (Honestum enim propter se est eligibile, vt ex primo Rethoricorū obseruat Rodulphus, de Riuo, de canonum obseruantia, proposit. 1. in princ. & facit notabile verbum Pij secundi, de quo memini, in Flosculo de excellē clericorum. p. 1. num. 97. vers. quod autem, & exornat Couarr. in cap. quamuis pactum, p. 2. in initio, num. 1. & seq. de pact. in 6.
36. & tetigi in d. Flosculo, p. 2. num. 104. † Vitæque honestas in quatuor loca diuisa sit, ex Ludouico Gomes, in oratione de iuris laude, num. 2.)
37. Hinc † mirabiliter factum est, quod cum libri, ad publicam, & communem utilitatem edantur, ad mores videlicet hominū componendos, & vitam bene, beatèque ducendam; vt aduertit Calderinus, in proæmio Decretalium, num. 9. & num. 17. † Nedum in illis, quatuor solent causæ concurrere, duas videlicet essendi, vt materia, & forma, & duas fiendi, vt efficiens, & finis ex Ioanne Andr. in Data sexti, num. 19. vers. Item cum auctor, & Ioann. Monacho, in proæmio sexti, num. 1. vbi Prob. in addit. num. 42. versic.
38. causæ autem: † Verumetiā quatuor hominum genera in illis versantur, auctor videlicet, qui sua propria dicta scribit; scriptor, qui aliena scribit nihil addendo, vel mutando; compilator, qui aliorum dicta ordinat, nihil addendo de suo; & commentator, expōsitor, seu glossator, qui alicuius dicta per sua declarat, vt expendit Calderinus, in d. proæmio Decretalium, num. 19.
40. Denique † libri nedum quadratañ figuram habent, vt ad oculum patet, sed, & frequenter in quatuor partes diuidi solent; vt peritis constat. Quod ex eo forsan fit, quod argumentum in qua-cumque disputatione susceptum, quatuor sub se species continet;

- Syllogisnum videlicet, entyphemma, inductionem, & exemplum, vt aduertit Euerardus, in locis legalibus, in proæmio, num. 2. &
- 41 10. † Vnde Vniuersa Ægyptiorum sapientia quaternione continebatur, vt ex Iamblico, Diodoro, & alijs obseruat Petrus Bungus, de Mystica numerorum significatione, tit. de Numero Quarto, in vers. Ægyptiorum.
- 42 Sed † prætermissa nunc (iam alias elaborata) multorum Doctorum inductione, qui libros suos, & opera in quatuor partes diuiserunt; & maximè Gratiani nostri in Decreto, cuius primus titulus ita habebat; Concordia discordantium canonum libri quatuor, vt refert vir non contempnendus Petrus Gregorius, de Iuris arte in c. 8. num. 12. vers. omnium; alijs etiam grauioribus exemplis hoc est manifestum.
- 43 Sacra † enim Biblia, quæ à S. patrono nostro Vincentio Ferrer (per Angelum illum dicentem, *Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius*. Apocalypsis c. 14. designato; vt ipse in quadam concione Salmantica habitæ, sequito miraculo confirmauit, quodq; ex alijs refert Conualentinus etiam Frater Vincentius Iustinianus Antist, in vita eiusdem San-
- 44 cti, p. 1. c. 19. vers. en el monasterio) † In Sermone, de commemo- ratione Sancti Pauli, in vers. 2. meritò liber virtutæ appellatur; hanc
- 45 etiam quaternitudinem voluit decorare. † Nam vltra, quod tam vetus, quidam nouum testamentum quatuor partibus, seu libris diuidatur: Legalibus scilicet, Historialibus, Sapientialibus, & Prophetibus; vt, vel in tabula illa Bibliæ Illustrissimo D. Cardinali Antonio Fachineto, tit. SS. Quatuor Coronatorum (de tam sancto, & optimo Pontifice Innocéto Nono nepoti benemerito) dicata;
- 46 licet videre: † Quatuor etiam sunt ipsius sacrae Scripturæ sensus, seu intellectus; Historicus scilicet, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus; vt inter alios aduertunt Ioannes Viguerius, in Institutionibus ad Christianam Theologiam, §. 136. vers. 10. & Le- lius Zecchus, tract. de Theologia, c. 6. in §. an sacra scriptura habeat plures sensus, vers. secunda propositio. † Ut sic Historia do-
- 47 ceat factum, Tropologia faciédum, Allegoria credédum, & Anago- gia appetendum: ex Cassaneo, in Catalogo gloriæ mundi, p. 3. consider. 36. in fine.
- 48 Aeternum † quoque illud, ac bonum nuntium Iesu Christi Domini nostri Euāgelium, in quatuor libros, à quatuor sacris Euāgelistis Mattheo, Marco, Luca, & Ioanne mira Dei prouidentia sicut distributum, vt ex Ireneo tetigit Petrus Gregorius, de iuris arte,

- 49 arte c. 4. nu. 6. † Et Euangelicū semen, quod est verbū Dei, in quatuor partes cecidisse, legimus apud Lucam, in c. 8. de quibus agit S. Vincentius Ferrer, in Sermone 2. Dominicæ sexagesimæ. Quatuor quoque sunt Symbola fidei, Apostolorum, S. Athanasij, Nicæni Concilij; & magni Lateranensis, refert gl. in rubr. de summ. Trinit. in fine.
- 50 Grauissimi † etiam Patres, ac maiores nostri omnem salutaris, & catholica vitæ rationem; in quatuor præcipua capita diuise- runt, in Decalogum scilicet, Sacraenta, Orationem Dominicā, ac Apostolorum Symbolum: existimantes, quòd ijs quatuor ex- planatis, quasi communib[us] sacræ scripturæ locis, nihil ferè ad eorum intelligentiam, qua[us] Christiano homini discenda sunt; po- terit desiderari, vt aduertit, ac docet Catechismus Romanus, in præfatione, num. 12. in vers. sed quoniam; sicut in opposito, vt quis propriè hæreticus sit, quatuor debent concurrere: de quibus, Ber- nardus Commensis, in lucerna Inquisitorū, verbo, hæresis. nu. 21.
- 51 Et † cum Apostolorum quatuor genera referat. S. Isidorus, de Ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 5. vers. quatuor autem; Insignes illi Apostoli Domini quatuor tantum Concilia celebrarunt, Primum de electione S. Matthiæ, Actorum, c. 1. Alterum, de electione septē Diaconorum, Actorum, cap. 6. Tertium, de circuncisione gentibus non imponenda, Actorum, cap. 15. & Quartum, de permissione le- galium ad tēpus, donec Synagoga cum honore sepelliretur, Actorum, cap. 21. vt ex gloss. ordinaria, habetur in tomo 1. Concilio- rum, fol. 1. tit. de Quadruplici Synodo Apostolorum.
- 52 Et † quamvis Ecclesia sacrosancta multa generalia Cōcilia ce- lebrauerit, & pro tēpore (rebus exigentibus) celebrabit; quatuor tamen priora, semper habita sunt speciali quodam signo, celeberrima: In quibus, velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, cap. 1. vers. inter cetera, c. sicut dist. 15. c. post translatio- nem, de renunc. & in Auth. de Ecclesiasticis titulis, in princip. Pra- tum spirituale Sophronij, in cap. 178. & Couarru. lib. 4. resol. c. 15.
- 53 Cum † autem inter hæc quatuor prius fuerit celebratum Ni- cænum, vt ex dictis iuribus constat; notabile est, quòd Nicæa illa ciuitas in quadro posita fuerit, quatuorq[ue] tantum portas habue- rit ad tot rectos angulos; Qui omnes cernebantur ex uno lapide, qui in mendio Gymnasij positus erat, vt ex Strabone refert Al- phonsus Pisanus, in præfatione ad Nicænum Concilium, tomo 1. Conc. p. 492. quasi ex hoc etiā innueret, doctrinā illius Cōciliij vni- versalē esse: omnesq[ue] quatuor mundi partes respicere, & obligare.

- 54 Quāt etiam insigni significatione merito inclyta Roma nō ca-
ruit, cum in quadro fundata fuerit, & quadrata dicta: quod ad-
uertunt Pompeius Festus, de verb. signific. verb. quadrata Roma,
& eius scholium, & Alexáder ab Alexandre, Genialium dierum,
lib. 6. cap. 1. & ad eum Tiraquell. in verb. Romamq; quadratam,
vt innueret Apostolicam sedem ibidem postea constitutam, super
firmam petram constructā, & in medio Gymnasij Ecclesia positā;
veram Cathedram esse, electam à Deo, ad omnia dubia catholice
decidenda; iuxta c. per venerabilem, s. rationibus, qui filij sint le-
gitimi. † Et in simili ponderat Dominus Cardinalis Hieronymus
Albanus, in tract. de potestate Papæ, & Concilij, p. 1. num. 72. di-
cens, nutu diuino ab antiquis Imperatoribus Romanis suisse appell-
latam æternam Urbein, propter Pontificiam sedem, ibidem per-
56 petuo remansuram. † Ut pluribus placeat, non posse illam à Ro-
ma mutari, inter quos insignis fuit Archidiaconus, in cap. funda-
menta, num. 12. de electio. in 6. sequunturque alij, allegati à Car-
dinale Iacobatio, in tract. de Concil. lib. 8. art. 6. nu. 25. Rodulpho
Cupers, de sacros. Eccles. ad cap. oportebat, 79. distinct. in s. Pa-
pa Romæ, Michaele Aninyon, de vnit. Ouil. & Past. c. 18. & Petr.
Cenedo, in collectaneis ad ius canonicum, p. 1. collectanea 11. ad
cap. Rogamus. 24. q. 2. num. 4.
- 57 Vade † sicut insignis ille Puteus, fonsq; Iacob præsentia Domi-
ni, eiusque sessione illustratus, in modum Crucis in medio Eccle-
siæ quadrifacie positus fuit; vt obseruat Venerabilis Beda, de locis
sanctis, & eum allegans Illustrissimus Dominus Cardinalis Ba-
ronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tomo 1. sub anno Domini, 31.
- 58 vers. 53. incip. Quod autem: † Sic Roma meritò quadrata fuit,
in qua, sancta Romana Ecclesia in Arcæ modum construēta, qua-
tuor est mundi adstricta lateribus, vt docebat Fœlix Papa, in Epi-
- 59 stola 1. ad Paternum Episcopū, in princip. † Et cui, quatuor sunt
præcipua assignata epitheta; videlicet, Vna, Sancta, Catholica, &
Apostolica, vt tetigit Catechismus Rom. p. 1. cap. 10. de nono ar-
ticulo Symboli, num. 14. 15. 16. & 17. & Illustrissimus Dominus
Cardinalis Bellarminius, tomo 1. controuersia 4. lib. 4. de notis
Ecclesiæ, cap. 3. in vers. fin. dicens, id à recentioribus communi-
ter obseruari.
- 60 Præterea † facit, quod Canon, iuxta quem omnes viuere tene-
mur, cap. 1. de constitut. cum regula quædam sit, cap. 1. distinc. 3.
- 61 quatuor etiam continet species, vt ibidem obseruat gl. † Et, cum
Canon propriè determinatio sit Concilij Generalis, vt notatur in
initio

- 62 initio dist. 3. quaternaria etiam in eo oportunè apparent. † Tùm, quia receptus mos fuit in Ecclesia Dei, vt Euāgelicus codex quatuor Euāgelistarum, Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, in medio confessus Generalis Concilij celebrandi, in Regia quadam se de collocabatur: vt patet, ex Chalcedonense Cōcilio, Actione prima, & obseruat Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 3. sub Anno Christi 325. pag. 273. versic. Quod dupli ratione, & in tom. 6. sub Anno Christi, 451.
- 63 pag. 141. vers. confessus autem, & vers. sed, & si quæ sunt. † Tùm, quia in eo, quatuor concurrunt genera hominum, ex insigni Cardinale Reginaldo Polo, de Cōcilio, in quæst. 34. & Prælati in quatuor nationes diuiduntur; & res in eo statuendæ, per quatuor deputationes discussæ; approbantur, iuxta Ceremoniale Romanum,
- 64 lib. 1. sectione, 14. cap. 5. in princ. & in S. generalis. † Tùm etiam, quia ad illud celebrandum, quatuor conditiones requirūtur, quas expendit Illustrissimus D. Card. Bellarminius, in tom. 1. cōtrouer- sia 4. lib. 1. c. 17. vers. Respondeo, & vers. seq. vbi de prædictis qua-
- 65 tuor præcipuis Patriarchis meminit. † Tùm denique, quia Præla- ti ad illud vocandi, quatuor requisita habere debent, sapientiam, vitæ Sanctitatem, experientiam, & zelum: vt tetigit Gryfaldus, in decisionibus catholicæ fidei verb. Concilium, num. 48.
- 66 Verum † quia Canon largo modo sumptus, cōtinet etiam alias Ecclesiasticas constitutiones, quæ Concilij Generalis: vt tradūt Doctores in c. 1. de constitut. maxime Antonius Burgos, in repet. num. 1. & seq. Hypolitus Riminald. num. 14. & seq. & Ferrettus,
- 67 num. 1. † Quatuor etiam sunt Conciliorum genera. Primum est Synodale, qđ Episcopus cum suis præsbyteris celebrat; Alterū Proninciale, quod Archiepiscopus habet cum suis Episcopis suffraganeis; Tertium Nationale, seu Patriarchale, quod Patriarcha cum suis Archiepiscopis agit; & Quartum Generale est, seu Æcu- menicum, quod sumimus Pontifex adunata Ecclesia celebrat, vt explicat idem Illustrissimus Bellarminius, in d. lib. 1. c. 4. in princ.
- 68 Quamvis † Frater Dominicus Bannes, 2. 2. Divi Thomæ, q. 1. art. 10. dubit. 3. in prima parte Commentarii, eiusdem articuli, in vers. Nota secundo; testetur triplicem tantum esse Conciliorum diuisionem.
- 69 Neque † obstat prædictis, quod Antiochenum Concilium, in canone 20. innuere videatur, nulla esse Synodalia Episcoporum Concilia; in illis verbis. Nullis verò liceat apud se celebrare Con- cilia; preter eos, quibus Metropolitana videtur esse iura conceſſa,

- vt habet prima editio dicti Concilij , cui reliqua in sensu concordant, in tomo 1. Concil. pag. 648. quibusque adstipulatur S. Martinus natione Græcus , & in Hispania Bracarensis Episcopus , in collectione Græcarum Synodorum , dum in capit. 18. ita habet. *Nulli autem Episcopo liceat propria apud semetipsum Concilia facere, præter eos, quibus Metropoles sunt creditæ.* In tom. 2. 70 Concil. pag. 834. ¶ Tum, quia hæc poterit esse vna inter Latinos , & Græcos differentia, ex multis, quæ notantur, in c. aliter. 31. dist. cap. licet Græcos, de Baptismo, c. 1. de summ. Trinit. in 6. & referunt Hostiens. in summa , tit. de voto, num. 18. Cassianæus, in Catalogo gloriæ mundi, p. 12. consider. 21. vers. quinta natio. & Nicolaus Aymericus, in directorio Inquisitorum, p. 2. q. 18. & ibi ad eū 71 Dominus meus Pegna, commento 43. vers. coeterum. ¶ Tum, quia supradicta verba exponenda sunt, quod Episcopus cum alijs etiā Episcopis non possit (absq; Metropolitano) Prouinciale Conciliū celebrare: Poterit tamen cum præbyteris suis Diœcesanum sacre, iuxta Toletanum Concilium, 4. in canon. 20. de quo, in cap. quando præbyteri, ibi: *V el. ad Concilium venerint.* 38. distin&. & ita exponit gloss. verb. Concilia, in cap. propter Ecclesiasticas , 1. & 2. dist. 18. & ita apud Græcos (vt ab ipsis accepi) seruatur, remanetque integra , ac vera quadruplex superior facta Concilio- rum diuisio .
- 72 Facit ¶ etiam ad superiora , quod quāmuis Vlpianus triparti- tum ius cognouerit, in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iure, Qua- dripartitum tamen alij considerarunt. Et non tantum ille, qui di- uisioni Vlpiani ius Prætorium addidit (quem tamen reprehendit Odofredus, in d. §. huius studij, verb. tripartitum est) ¶ Verū etiam Polidorus Virgilius , de inuentoribus rerum , lib. 2. cap. 1. in fin. vers. cœterum extra tripartitam : dicendo, ius aliud esse na- turale , aliud gentium ; tertium ciuile , & quartum canonicum .
- 73 Pro ¶ quo facit, quia appellatione iurisciūlis , non continetur Pontificium, vt patet, in summa , distinct. 3. & tradit Cagnolus , in repet. rubr. ff. de orig. iuris, num. 15. quod adde , ad tex. in cap. ius autem, dist. 1.
- 75 Legislatoria ¶ quoq; facultati quatuor sunt coniuncta, charitas scilicet erga proximos, iustitia, amor virtutum, & vitiorum odiū, vt ex Philone refert Iacobus Simancas, de Republica, lib. 4. cap. 5. num. 15. ¶ Lex etiam, quæ constringit hominii vitas, leges sacra- tiſſimæ, C. de legib. in quatuor species diuisa fuit à Platone, vt ex nostris refert Thomas Cananus, in repet. rubr. Decreti, num. 411. & seq.

& seq. & Petrus Gregorius , de iuris arte , cap.3. num.2. Huius, quatuor sunt effectus, & virtutes. Imperare, vetare, permittere, ac punire, l. legis virtus , ff. de legibus . Quod, & Dominicus à Soto 77 aduertit, de iustitia, & iure, lib. 1.q.2.artic.2.in princip. † Ex illa, quatuor forme interpretādi colligūtur, vt ex alijs obseruat Conradus, in templo omnium iud.lib.1.c.1.§.3. in vers. dubitationes iudiciorum interpretari, num.2. videlicet, declaratiua, arctatiua, extensiua, & correctiua, seu abrogatiua.

- 78 Præterea † ex iure ciuili, quatuor modis titulo vniuersali nobis res acquiruntur, §. fin. vers. videamus. Instituta per quas personas nobis acquiritur, vbi Christophorus Portius, num. 18. & Iacobus Richius, in tract. de vnione prolium, capit. 3. num. 5. omnis etiam ob rem datam tractatus materia , quatuor innominatorum contractuum speciebus absoluuntur, l. naturalis, ff. de præscript. verbis.
- 79 Et † obligationem actionis matrem, iuxta, l. licet. §. ea. ff. de procurat. quadruplicē lex considerauit, ex contractu videlicet, quasi contractu, ex maleficio, & ex quasi maleficio , §. sequens diuisio.
- 80 institut. de obligationibus. † Sed, & obligationem ex contractu, veluti in societate humana frequentiorem , quatuor modis contrahi, ostendit; re scilicet, verbis, literis, consensu, §. fin. Instit. de oblig. & iur. princ. instit. de oblig. qua ex delicto nascuntur, vbi gl. 81 in verb. diuiduntur. † Et quatuor modis , ac signis lex cognoscitur, quod sit generalis, vt ponderat Nicasius, §. sed, & quod Principi, num. 3. Instit. de iure naturali.
- 82 Legis † etiam dominatrix mens , quatuor modis probatur ; Primo , per rationem in ea expressam ; Secundo , cum non potest nisi vniqa assignari ; Tertio, quando aliter oriretur absurdum ; Quarto ex communi vsu loquendi , vt aduertit ominino videndus Paulus de Castro, in l. non dubium, num. 5. C. de legibus.
- 83 Cum † verò hic quartus modus ex communi vsu loquēdi maximè sit attendendus, l. cum delanionis, §. asinam, ff. de fundo instrusto, cum alijs traditis, à Nicolao Euerardo, in loco legali, 12.
- 84 ab opinione vulgi, nu. 1. & seq. † Apud omnes verò gentes quicquid congruat, ac aptum sit, quadrare dicatur; iuxta receptum adagium , de quo Manutius , verb. in quadrum redigere : Hinc appetet etiam, notabilis hæc congruentia in Ecclesia sancta Dei, quatuor scilicet, insignium Patriarchalium sedium erectione , per quam , & ipsius Ecclesiæ honor ampliatur , & Primatus Romani Pontificis (inter alia) notabiliter cognoscitur.

Caput Decimumtertium.

De alijs notabilibus Quaternarijs considerationibus ad similitudinem quadruplicis Patriarchalis dignitatis:
maxime ex nomine Papæ, ex Formata Epistola ex Pallio Pontificali, & alijs Ecclesiasticis Ritibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia varietate circundata.
- 2 Ecclesia sponsa Christi pudica, & incorrupta.
- 3 Sponsa priuilegij sponsi decoratur.
- 4 Sponsaliorum genera quatuor.
- 5 Fœminæ cum quatuor facibus ducebantur ad domum mariti.
- 6 Anulus sponsæ quarto digito inseritur.
- 7 Matrimonium ob quatuor causas institutum.
- 8 Illegitimi quatuor habent contra se iuris præsumptiones regulariter; multi tamen fallunt Regulam.
- 9 Maria Virgo ob quatuor causas fuit desponsata Ioseph.
- 10 Romanus Pontifex plura nomina habet, sed frequentius appellatur Papa.
- 11 Nominis Papæ, plures ethimologiae.
- 12 Papa, id est admirabilis.
- 13 Christus nominandus admirabilis, iuxta Iſaiam Prophetam.
- 14 Papæ nomen antiquitus commune fuit pluribus.
- 15 Papæ nomen solo Romano Pontifici referatum, & num. 16,
- 17 Hæretici, Catholicos Papistas à Papa vocant.
- 18 Papæ nomen an sit scribendum cum duplice, pp. in medio nominis, & num. 19.
- 20 Stella in nativitate Domini apparuit.
- 21 Romana potestas quatuor literis indicata.
- 22 Machabæi ex quatuor literis nomen sumiserunt.
- 23 Titulus Dominicæ Crucis, quatuor literis indicatur.
- 24 Papæ nomen abreviatum, duplice pp. scribitur.
- 25 Patriarcha dicitur Princeps, & Pater patrum.
- 26 Galleri quatuor, qui deferuntur ante summum Pontificem dum solenniter æquitat; quid significant, nouiter ponderatum.
- 27 Pallij Pontificalis usus frequens, & antiquus.
- 28 Pallium

- 28 Pallium Pontificale significat pellum Ovis illius, quam Dominus aberrantem quaesuit.
- 29 Pallium Pontificale, an vero pallium sit dicendum.
- 30 Pallium Pontificale ex corpore Beati Petri sumitur.
- 31 Pallium Pontificale quatuor Cruces insertas habet.
- 32 Bonifacij Quarti Arma, seu Insignia.
- 33 Episcopi in partem solitudinis vocati.
- 34 Episcopi quatuor habere debent requisita.
- 35 Illusterrimi quatuor Cardinales subscribunt informationes premouendorum ad Pontificias dignitates.
- 36 Curatis beneficijs præficiendi, à quatuor examinantur.
- 37 Rector Parochialis unus est, ex quatuor, quibus omnis anima subiicitur.
- 38 Parrochus dicitur aliquando Prælatus.
- 39 Patria propria cuique regulariter dulcis.
- 40 Infames soliti sunt fugere loca sue nationis.
- 41 Patria, aliquando sine culpa relinquitur.
- 42 Quavis terra patria; Adagium.
- 43 Clericus sine commendatib[us] suis Episcopi literis, non est admittendus.
- 44 Formata Epistola ejus laudabilis, ex Niceno Cœcilio, & nu. 46.
- 45 Formata Epistola continet quatuor præcipuas literas.
- 47 Sanctorum memoria celebranda.
- 48 Commune officium sanctorum, in quatuor præcipua capita distributum.
- 49 Miracula, quatuor requisitis probantur.
- 50 Christus ineffabilem suum amorem, per quatuor signanter effectus ostendit.
- 51 Nativitas Domini, quatuor Dominicis Aduentus prenuntiatur.
- 52 Alleluia ab Aggeo Propheta inuenta interra, & decantata.
- 53 Alleluia tempore Paschali in fine Psalmorum, quatuor vicibus repetitur.
- 54 Gaudium verum, quatuor conditiones habet.
- 55 Maria Virgo omni laude dignissima, varijs decoratur epithetis.
- 56 Mariae Virginis, ex quatuor præcipuis causis laus debetur.
- 57 Maria Virgo, quatuor præcipuis per totum annum Antiphonis salutatur.
- 58 Colores quatuor præcipui, ad celebranda Diuina officia, & nu. 61
- 59 Pictores, quatuor præcipuis coloribus utuntur.
- 60 Violaceus color an Adnigrum, an ad purpureum pertineat.

- S**TAT † etiam sacra Regna Ecclesia, in vestitu deaurato, iuxta Psalmum 44. & c. si Paulus, 32. q. 5. quaternaria signanter circundata varietate. † Cum enim Christi Domini nostri sponsa sit pudica, & incorrupta, c. loquitur, in c. omnibus, 24. q. 1. c. debitum, de bigamis: Ipse vero Christus (vt vidimus supra) dignatus fuerit quaternarium hunc numerum in se ipso decorare: Hinc congruenter in sacrosancta Ecclesia quaternarium ornatum apparere decebat; † Vt sponsi sui priuilegijs, ac dignitatibus elucesceret. I. Princeps, vers. Augusta, ff. de legibus, I. fœminæ, ff. de senatoribus.
4. In † sponsalitijs siquidem, ac matrimonij non minima habita fuit huius quaternarij numeri consideratio. Quatuor enim reperiuntur sponsaliorum genera. Vnum, inter virum, & legitimam, fœminam; Alterum, inter Christum, & sanctam Ecclesiam; Tertiū inter Deum, & animam iustum; & Quartum, inter verbum, & humanam naturam, vt adductis sacrae Scripturae testimonijis, aduertit Innocentius Tertius, in sermone 3. in princip. de consecratio ne Pontificis maximi. † Antiquitus etiam vxor ad domum mariti cum quatuor facibus ducebatur, vt tetigit Prateius, in lexicon itris, verb. Matrimonium, in vers. testificandi. † In actu quoque desponsationis, annulus sponsæ datur; eique in quarto digito ponitur; vel ob venam cordis, vt speculatus est text. in c. fœminæ. 5. Item quod in primis, 30. q. 5. Abb. in c. illud, nu. 4. de præsumpt. & Couarru. de sponsalib. p. 2. c. 4. num. 3. vel ob alias considerationes, quas tetigit D. Anastasius Germonius, lib. 2. Animaduersio num, cap. 8.
7. Matrimoniū † denique ob quatuor causas fuit institutum. Prima, propter societatem mutui auxilij; Altera, propter infirmitatem incontinentia; Tertia, propter suscipiendam legitimam problem; Quarta vt esset signū, & figura coniunctionis Christi cū sancta Ecclesia, vt ex Concilio Colonense, & Catechismo Romano obseruat Alphōsus Viualdus, in Cadelabro Aureo, tit. de sacrament.
3. matrimon. num. 11. † Sic enim per matrimonium suscepta legitima proles, quatuor illa incommoda, & sinistras præsumptiones effugiet, quas in illegitima cōsiderabat Beat. Bonifacius Martyr, dicens: *Quod nec in bello seculari est fortis, nec in fide stabilis, nec honorabilis hominibus, nec Deo amabilis.* Vt habetur, in c. si gens Anglorum, 56. dist. & meminit Ioannes Roias (post Dominum Cardinal. Paleott.) in epitome successionum, cap. 15. num. 16. quamuis hoc in multis fallat, vt ibi aduertit Roias, & (causam suam defendens) Bernardus Diaz, in Pract. Canonica, c. 14. verb. illegi-

illegitimi. Denique, ut supra tactum fuit, consanguinitatis, & affinitatis gradus per matrimonium; ad quatuor extenduntur.

9 Sed, † & sacratissima Virgo Maria ob quatuor causas fuit sanctissimo Ioseph desponsata. Prima, ut per generationem Ioseph, origo Mariæ monstraretur; Secunda, ne lapidaretur à Iudeis, ut adultera, cum filium haberet; Tertia, ut in Ægyptum fugiens, haberet solatium; Quarta, ut sic partus celaretur Diabolo, dum putasset non de Virgine, sed de vxore generatum; ut habetur, in Breuiario Romano, in Vigilia Nativitatis, in lectio prima, Homilia Sancti Hieronymi, ad illud Matthæi, c. i. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* Quarum ultimam causam Hieronymus tribuit S. Ignatio, quam etiam speculatus est Origenes, ut habetur, in cap. inuenta, in versic. dico coniugem, 27. q. 2.

10 Sponsa † igitur Christi sancta Mater Ecclesia, meritò suū sponsum sequuta, quaternaria varietate decoratur. Habet enim in primis visibile caput, Romanum scilicet Pontificem, qui licet pluribus nominibus, ac epithetis decoretur, maximè à Beato Bernardo ad Eugenium dicente, quod heres Apostolorum appellatur; „ Primatu, Abel; Gubernatu, Noe; Patriarchatu, Abraham; Ordinatu, Melchisedech; dignitate, Aaron; auctoritate, Moyses; iudicatu, Samuel; potestate, Petrus;unctione Christus; Quod inter alios refert Lancellotus Conrradus, in Templo omnium iudicum, lib. 2. cap. i. vers. pallium, num. 8. vbi, & in num. 2. alia multa Romani Pontificis nomina cumulauit, & Ludouic. Gomes. in repet. c. 1. num. 1. & sequentibus, de constitut. lib. 6. communi tamen Christiani populi, atque Orbis consensu Papa appellatur; in quo nomine quatuor literæ sunt, ut ad oculum patet. Et tetigit Conualentinus Ludouicus Gomes Episcopus, in d. capit. cum in multis, num. 87. de rescript. in 6.

11 Et quamvis huius nominis plures ethimologias adferat idem Gomes, in repet. d. c. 1. num. 39. & seq. de constitut. in 6. † omnes tamen sub illa comprehendendi videntur, quod ab interiectione admiranti dicatur, de qua meminere gl. in verb. Papa, in proæmio Clementinarum, in §. hæc sanè. Nauarr. Aspilcueta, de spolijs clericorum, §. 2. num. 1. cum alijs, à me traditis, in Flosculo, de Clericorum excellent. par. 2. num. 77. † Ut ex tanta dignitate cunctis admirabilis esset; vti verus Vicarius illius, de quo prophetauit Isaias, in cap. 9. dicens: *Et vocabitur nomen eius, admirabilis.*

14 Hinc † consultissimè factum fuit, quod licet antiquitus nedum Episcopis, sed etiam alijs ex venerando clero viris, Papæ nomen

- competeret, tribuique soleret: vt aduertunt Ramundus Ruffus, in Patronum Molinæi, fol. 88. col. 2. vers. nec video inquit, Franciscus Amessana, in libro Difficilia Hieronymi, verb. Papa, Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris, p. 2. lib. 15. c. 2. num. 13. Nauar-rus, vbi proximè, emendatores Decreti, in scholio ad c. propter Ecclesiasticas, lo 2. distinct. 18. & Illustrissimus Dominus Cardi-nalis Bellarminius, tomo 1. controversia 3. lib. 2. cap. 3 1. in versic.
- 15 primum ergo: † Ob nominis tamen excellentiam fuit decretum, vt soli Romano Pontifici Papæ nomen competeret: & vnicum, tantum esset in Orbe Christiano, vt patet, in Synodo Romæ habita, à Gregorio Septimo, Anno Christi 1073. & legitur in Regi-stro Epistolarum illius, asseruato, in Bibliotheca Vaticana, vt at-testatur Illustris D. Cardinalis Baronius, eius dignissimus Biblio-thecarius, in Martyrologio Romano, ad diē 10. Ianuarij, in Aga-thone, sub verb. Papæ. Non enim id vulgo receptum est, vt sensit Annibal Rocchus, in tract. visitationum, ad Breue Gregorij 13. in princip. verb. Papa, in vers. & quare: sed edito salubri Ecclesiæ De-16 creto constitutum. † Quod etiam in Nicæna Synodo fuisse statu-tum, ex Eusebio, & alijs refert Ludouicus Gomes, in d. cap. 1. de constit. in 6. num. 42.
- 17 Et † hinc miseri recentiores Haretici putantes catholicis vi-ris Romanam fidem tenentibus, iniuriam inferre: solent eos à Pa-pa Papistas appellare. Sed sint nobis viuentibus hæc semper pra-conia laudum, & post mortem tituli sepulchrales, vt Romani sic semper dicamur: atq; Papistæ, vt dicebat omni maior commen-datione idem Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, ad Martyrologium, die 16. Octobris, in verb. à Romano Pontifice.
- 18 Et † quainuis Ramundus Ruffus, & Petrus Gregorius, vbi su-pra contendant, quod hoc nomen Papa, quinq; literis sit scriben-19 dum, duplice videlicet pp. in medio nominis adiecta: † Inualuit tamen, vt cū quatuor literis scribatur, & in medio dictio nis vni-ca sit tantum litera. P. vt patet, in toto corpore iuris canonici, alijsque Pontificijs literis, & in ipsis quoque exemplis, ab eodem Russo pro se adductis, maximè in canone 4. Vafionensis, seu Va-sensis Concilij, quo præcipitur, vt Papæ nomen reciteretur in Missa, de quo memini, in Flosculo, de Clericorum excellen. p. 2. num. 174.
- 20 Nam, † & absque illa litera. P. quam in medio nominis Ramun-dus Ruffus, & Petrus Gregorius addere voluerunt; non erit mi-nus admirabile Papæ nomen: dum non ab illo Papa dicatur admirabilis, sed ex mirabili sua potestate, prædicto nomini admira-tionem

tionem adserat. vt in simili de Stella in Natiuitate Domini apparet, iuxta Euangelium Matthæi, cap. 2. contra Priscillianistas considerabat S. Gregorius Papa, dicens: *Non Stella fatum pueri, sed fatum Stellaris, qui apparuit puer, fuit.* Et habetur in Romano Breuiario, die prima infra octauam Epiphaniae, in lect. 7.

21 Ex † illis enim quatuor literis, ab omnibus vniuersalis Ecclesiæ Praes., & Christi Vicarius veneratur Summus Romanus Pontifex, sicuti iam dudum inclyta Romana potestas, quatuor illis literis S. P. Q. R. (quas infra aliter expendo) vniuerso

22 Orbi cognita fuit. † Et fortissimi illi veteris testamenti viri, ab illis quatuor literis M. C. B. I. insigne Machabæorum nomen sumiserunt, vt tetigit ex quodam Rabino Gilbertus Genebrardus, in Chronographia, lib. 1. de scripturis, & scriptoribus diuinis, lectio-

23 ne 2. titul. Machabæorum liber. † Et insignior titulus Crucis Dominicæ, quatuor alijs videlicet, I. N. R. I. literis per omnes

fideles decoratur, ac colitur.

24 Facit † etiam contra Petrum Gregorium, & Ramundum Rufum duplicum. pp. in medio nominis Papæ requirentes; quod qñ illud abbreviatè esset scribendum: triplex literæ P. necessaria esset. At nunquam sic scriptum legitur, sed duabus tantum, videlicet, PP. vt aduertit, & explicat D. Anastasius Germonius, de Indultis Apostolicis, in §. Episcopus, num. 17. & seq. & in lib. 2. Animaaduersionum, cap. 1. in fin. & videmus passim, maxime in pendentibus Bullarum plumbis: sequitur igitur, quod nomine Papæ quatuor literas, non vero quinque habeant.

25 In † quo sequens, ē secretum latere existimo, quod sicut, qui primum post Pontificem locum obtinebat, Patriarchæ dicti sunt, quasi Principes, & Patres patrum; vt ex Beato Isidoro, in c. cler-
ros, 21. dist. & ex alijs superius tetigi: Ita meritò summus Pontifex, hoc quatuor literarum nomine vteretur, videlicet Papa, quo inter alia ostenderet se Principem, ac patrem esse Patriarchatum:

26 qui quatuor tantum propriè sunt, vt supra fuit probatum. † In cuius potestatis signum, ac tanti triumphi (vt existimo) Hieroglyphicum, dum solenniter equitat summus Rom. Pontifex, quatuor ante se solet deferre Galleros, è villuto purpureo auro circundatos, super quatuor Baculos, per quatuor ex secretis Cubicularijs, vt est in Curia habitantibus hoc factum notorium, & ex Fratre Ioanne Bru aduertit Gonçalus Ponç de Leon, in libro qui inscribitur; sanctissimi nominis Dei sodalitas, post c. 17. in fine, in c. Ordo quo Sanctissimus D. Papa ad Ecclesiam Beatae Mariae su-

- pra Mineruam in Vrbe æquitat, in \$. procedit turma, vers. Tum
Cubicularij secreti. Ex quibus apparet, quòd Ecclesia sancta,
etiam in suo visibili capite, quaternaria hac varietate decoratur.
- 27 Est † etiam in Ecclesia frequens, ac insignis Pontificalis pallij
vſus & auctoritas, iuxta rubr. de auctoritate; & vſu pallij. † Si-
gnificat enim pellem illius Ouis, quam Dominus aberrantē qua-
suit. Et ideo super humerum Antistitis ponitur, vt illius magni-
Pastoris imitatem se ostendat, qui Gregis infirmitates fibi fe-
rendas proposuit, vt ex Isidoro Pelusiota obseruat Illustrissimus
Dominus Cardinalis Baronius, in Annalib. Ecclesiasticis, tom. 2.
- 28 sub Anno Christi 216. incip. sed nec illud, pag. 327. † An verò pal-
lium, seu palleum sit dicendum? contendunt Abbas, in rubr. 1. de
auctoritate, & vſu pallij, num. 3. & ibidem in rubr. 2. num. 1. vers.
& scribitur per E. & Stephanus Durantus, in tractatu de Ritibus
Ecclesiæ, lib. 2. cap. 9. num. 41. & seq. cum alijs, quæ de eodem pal-
lio aduertit idem Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in
tomo 3. sub Anno Christi, 336. vers. 63. incip. quod verò ad pal-
lium, pag. 458. & seq. † Sumitur autem ex corpore Beati Petri, c.
significasti, vbi glos. verb. corpore assumuntur, de electione, Pon-
tificale Romanum, p. 1. tit. de Pallio, vers. & quia, & Ceremonia-
le Romanum, lib. 1. sectione 10. cap. 5. de Pallio.
- 31 Et † quantum ad propositum facit, quatuor tantum habet in-
sertas Cruces, vt aduertunt Abb. & Stephanus Durantus, vbi su-
pra, ille, num. 4. & 5. hic verò, num. 44. licet discrepent in colore,
quasi innuant quatuor præcipuas Patriarchales Cruces, ad orna-
tum pallij Apostolicæ, Romanæque sedis institutas fuisse; iuxta
illud, Exodi, c. 22. ibi: *Funiculos in fimbrijs facies, per quatuor*
angulos pallij tui, quo operiris. † Quod etiam deprehendi po-
terit ex insigaijs, & armis Beati Bonifacij Papæ quarti, qui vnam
magnam Crucem faciebat, quatuor alias intus se minores conti-
nentein, vt refert Frater Arnoldus Vuion, in libro cui titulus est,
Jignum vitæ arboris Monastici Benedictini, & insignis Frater Al-
phonſus Iacon, de vitis, & gestis Pontificum, in vita dicti Boni-
facij Quarti.
- 33 Præterea † non solum in Rom. Pontifice, qui in plenitudinem po-
testatis est assumptus, sed, & in Reuerendissimis Episcopis, & alijs,
qui in partem sollicitudinis sunt vocati, c. ad honorem, de aucto-
ritate, & vſu pallij, quaternaria etiam varietate decoratur
- 34 Ecclesia. † Cum enim in ipsis, quatuor illa notabilia à fortiori
requirantur; scientia videlicet, ætas, mores, & ordo; de quibus
meminit

meminit gl. verb. alijs, in c. si pro clericis, de præben. in 6. & Ludo-
nicus Gomes, in tractatu Expectatiuarum, num. 80. vers. & est no-
tandum, arg. c. vbi periculum, de elec^{tio}. in 6. & c. cum in cunctis,
35 extra eod. Et alia quatuor, qua^e post Archidiac. & Card. Alex. re-
fert Lancellotus Conradus, in Templo omnium iud. lib. 2 cap. 5.
in §. 3. num. 72. ¶ Hinc factum fuisse existimo, quod qualitates, &
informationes præficiendorum in Episcopos, & Cardinales, tunc
integrā dicantur habere perfectionem, quando quatuor Illustris
simorum Cardinalium subscriptionibus fuerint roboratae; Vna
videlicet Illustrissimi Cardinalis Relatoris, Secunda, Illustrissimi
primi Cardinalis Episcopi, Tertia, Illustrissimi primi Cardinalis
Præsbyteri, & Quarta, Illustrissimi primi Cardinalis Diaconi; iux-
ta Tridentinum Concilium, sess. 24. de reformat. in c. 1. vers. om-
nes vero, ita ex cōsuetudine, ac stylo Sacri Collegij obseruatum, ut
refert Dominus Flaminius Parisius Episcopus, de resignat. bene-
ficiorum, lib. 8. q. 5. num. 10. & 14.

36 Sed, ¶ & ad similitudinem quandam, præficiendi Curatis bene-
ficijs quia, & ipisis pro modulo suo ars artium (regimen scilicet
animatorum) committitur, c. cum sit ars, de ætat. & a qualitate, à
quatuor saltem veniunt etiam examinandi; ab Episcopo scilicet,
vel, eius Vicario, cum alijs tribus Doctoribus, vel licentiatis in
Theologia, vel iure canonico, vt decreuit idem Tridentinū Con-
37 cilium, sess. 24. cap. 18. in vers. transfacto. ¶ Nam, & ipse præsby-
ter curatus unus est ex quatuor personis, quibus omnem animam
subditam esse, considerauit Ioannes Hugo, in quadriuo Ecclesiæ,
sive in tractatu, de offic. quatuor Prælatorum; Papæ scilicet, Im-
38 peratoris, Episcopi, & Curati. ¶ Idemq; prælatus dicitur, & præ-
laturā habere, c. cum ab Ecclesiæ prælati, de offic. ordinarij,
c. de rectoribus, c. tua nos, de clero ægrotante, vel debilitato,
tangit Petrus Gregorius, in tractatu, de beneficijs, cap. 10. nu. 20.
& exp̄ss̄ post Iacobum de Sancto Georgio, Geminianum, &
Philippum Francum; tradit Cæsar Lambertinus, de iure patron.
lib. 2. par. 1. q. 7. art. 20. num. 2.

39 Præterea ¶ quamuis patria propria, cuiilibet dulcis dicatur, l.
qui habebat, ff. de legat. 3. vbi gl. & DD. Qu intilianus Mandefius
in regula Cancelleriae 5. de reseruat. q. 4. num. 5. & Dominus Fla-
minius Parisius, de resignat. beneficior. lib. 5. quæst. 3. num. 147.
40 Tamen ¶ cum aliquando illa dimittenda sit, tam ob culpam; vt
puta, cum infames loca suæ nationis fugere consueuerunt; gloss.
¶ verb. nationis, in c. cum deputati, de iudicijs: ¶ Aliquando etiam
fine

sine culpa, immo laudabiliter propria possit patria relinquiri, & ad aliam proficiere, ex exemplo Abrahæ, cui Dominus dixit; *Egredere de terra tua. Genesis, c. 12.* & dilectæ filiæ, cui etiam dixit; *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui. Psalmi. 44.* & multis alijs iustis causis: † Maximè, quando patria honesto etiam viro, pro exilio sit habenda, dum ibi non possit commode viuere: vt in Adagio, *Quævis terra patria: obseruauit Manutius.* Nō enim pro omnibus dictum fuit illud alterum Adagium, Domi manere oportet bellè fortunatum.

43 Hinc † cum Peregrinorum quatuor sint genera, vt ex Platone lib. 13. de legibus aduertit Iacobus Simancas, de Republica, lib. 8. cap. 28. num. 3. ne cum Ecclesiastici muneris, aut catholicæ communicationis damno liceret cuique propria relicta Patria, altera petere: sanctissimè constitutum fuit in Ecclesia Dei, vt nendum Peregrinus Clericus sine commendatitijs, ac dimissorialibus Episcopi sui litteris, in aliena Diocesi ad Ecclesiastica munera admittentur: tot. tit. de Clericis Peregrinis, cap. duæ vbi gloss. verb. propter criminosos. 19. q. 2. cum similibus, & tangit Rebuffus, in Praxi beneficiorum, p. 1. tit. forma literarum dimissorialium, num. fin. & in 44. l. dimissoriæ, ff. de verb. signific. † Verumetiam, in Nicæno primo Concilio (ab illis 318. Patribus celebrato) memoratus ille Formata Epistolæ usus fuit introductus, vt ex Attico Constantinopolitano Antistite, habemus, in fine Chalcedonensis Cœciliij, & in Decreto Gratiani, in c. sanctissimo. 73. distinct. in memineruntque de Formata, Ordo Romanus, in c. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur, in c. Formata Episcopo danda, textus, in c. Ecclesijs, §. 1. vbi gloss. verb. Formatas, 68. distinct. cap. fin. 71. distinct. c. placuit, lo 2. de consecrat. dist. 3. & plura alia iura.

45 Fuit † autem Formata Epistolæ usus introductus à patribus, sub certo Quaternario Græcarum litterarum numero, vt qui fidem Catholicam his elemētis significatam scriberet, vel deferret: censoretur esse Catholicus; sicque inter catholicos mereretur catholicæ communicatione recipi, vt accurate obseruauit Illustriss. D. Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tomo 2. sub Anno Christi. 142. pag. 96. vers. eiusmodi commercio, & vers. seq. & in tom. 3. sub Anno Christi. 325. pag. 304. vers. exarabantur, qui est vindendus, ex pag. 302. Exarabantur enim in Formata, quatuor litteræ Grææ, primæ videlicet nominum Patris, Filii, Spiritus sancti; & Principis Apostolorum Petri. Deinde quatuor aliae litteræ nominum illius scilicet, qui scribebat, prima; eius, cui scribebat, secunda:

Secunda: accipientis; tercia: & ciuitatis de qua scribebatur;
quarta. Et denique in fine adiecta erat dictio illa quatuor litera-
rum, videlicet, Amen, ut ex prædicto D. Cardinali apparet, & ex
d.c.Sanctissimo.73. distincte. & in summa prædictæ distinctionis.

46 Vnde † quamuis prædictæ Formatae Epistolæ vsus in desuetudinē
abierit, ideoque in scholis illa, 73. distinctio (qua illum refert) nō
legatur, vt ibi obseruat glossa; est tamen perpetua recordatione
dignissimus; tum, quia à tam celebri Concilio introductus fuit;
tum etiam, quia ex illo Rom. Pontificis Primatus in Ecclesia ca-
tholica colligitur; dum tribus illis trium diuinarum personarum
literis, quarta etiam adiecta fuit Apostolorum Principis Petri,
cui à Domino vniuersalis Vicarius in Ecclesia relictus fuit; cu-
iusque verus successor est, Romanus ipse Pontifex, vt alibi dico.

47 Sunt† præterea in Ecclesia sacroſancta, multa alia sub hoc qua-
ternario numero salubriter constituta. Cum enim glorioſa San-
ctorum facta recolenda ſint, & debita veneratione celebranda; vt
in memoria aeterna ſint iuſti, Psalm. 111. cap. 1. de reliq. & vener.
sanct. l. quoniam venerabilis, vbi notatur, C. de Episc. & cleric. &
Concil. Trid. ſess. 25. in Decreto, de inuocatione Sanctorū, & exor-

48 nat Cassan. in Catalogo, p. 3. Conſid. 29. & seq. † Hinc optimè, in
Romano Breuiario Commune Sanctorum, in quatuor præcipua
capita videtur distributum. Primum, Apostolorum, sub quorum
officio, & Euangelistarum (paucis mutatis) celebramus; secun-
dum, Martyrum, vnius vel plurimorum; tertium, Confessorum,
Pontificum, vel non Pontificum; quartum, Sanctorum foemina-

49 rum, Virginum, & non Virginum. † Horum etiam Sanctorum
miracula quatuor requisitis probantur, vt aduertit Iosephus Ma-
ſcardus, de probat. vol. 2. conclus. 1042. incip. Miraculum, num. 5.
in fin. & seq. ex quo ornabis locum Trident. Concilij, vbi proxi-
mè, dum de admittendis nouis miraculis agit.

50 Hinc † etiam à fortiori cōgruit, vt sancti Sanctorum Iesu Chri-
ſti Domini nostri (qui ineffabilem in nos amorem per quatuor il-
la ostendit, per verba videlicet, per collata beneficia, per obſe-
quia personalia, & aduersorum tollerantiā, vt inter alios expe-
dit Frater Bernardinus Bustus, in par. 2. Rosarij, Sermone 29. in

51 vndeclimo signo diuini amoris, vers. & ad confirmationem.) † In-
gressum in hunc mundum, & admirandam eius Natuitatem, qua-
tuor in officio Aduentus Dominicis præuenimus, & tetigit (li-
cet in alio proposito) Gryfaldus, in decisionibus catholice fidei,
52 verb. Aduentus, nu. 4. vers. consueuit. † Et glorioſam, latantemq;

- illius resurrectionem non sine speciali quadruplicis lætitiae significatione celebramus. Nam cum vox illa Alleluia , ab Aggeo Prophetā inuenta, & decantata; & ex Apostolica traditione in Ecclesia introducta, vt obseruauit Gryfaldus , vbi proxime verb. Alleluia. † In Dominicis per annum , in fine Psalmorum tribus tantum vicibus recitetur ; tempore tamen Paschali (non sine mysterio) quarta additur illis trib. vt habetur in Rubricella Breuiarij , posita post Antiphonam feriæ secunda ad Vesperas primæ Dominicæ post Pascha. † Vt ijs quatuor Alleluia pronūciatis, quatuor illas veri gaudij conditiones adimplere videamur , de quibus ex Apostolo ad Philippenses , cap.4. ibidem explicat S. Thomas , & eum allegas Frater Ludouicus Viualdus, in opere Regali, in tract. de cognit. electorum , à reprobis , in §. sunt alij Doctores, versic. secundo illi, & Rebuff. in concordat. Gallia, rubr. 1. de approbatione conuentorum, in princip. in verb. Gaudentes.
35. Similiter † etiam sacratissima Virgo Maria, quæ verè est omni laude dignissima, vt canit Ecclesia , & tetigit videndus B. Dionysius Cartusianus, opere edito, de laudibus Mariæ, & Dominus Iosephus Stephanus Conualentinus, & Oriolen. Episcopus, in libro inscripto, Sacri Rosarij Virginis Mariæ defensio, vbi in fine ex varijs Doctorum locis , gloria eis epitheta per singulos hebdomadæ dies distributa cumulauit , quæque in deuotorum Virginis gratiam, his præteritis annis curauit , vt Valentia Typis manda-
36. rentur: † Signanter tamen ex quatuor causis laus illi debetur, vt considerauit S. Antoninus, in summa, p.4. tit. 15. cap. 28. §. 3. vers. secundo ex eo. Pro quo etiam facit, quia præcipua mater est illarum insignium quatuor prærogatiuarum, dilectionis videlicet, timoris, agnitionis , seu magnitudinis & sanctæ spei; vt ex loco illo Ecclesiastici , cap. 24. canit Ecclesia. † Vnde consultissimè per totum annum in fine Ecclesiastici officij eam laudamus, & inuocamus cum quatuor illis Antiphonis , per quatuor anni tempora distributis; à prima videlicet Dominica Aduentus , usque ad Purificationem , cum ea , quæ incipit, Alma Redemptoris Mater; à Purificatione, usque in Feriam quintam cœnæ Domini, cum ea , quæ incipit, Aue Regina cœlorum; toto Paschali tempore , cum ea , quæ incipit, Regina coeli latare; & ab octaua Pentecostes, usq; ad Aduentum, cum ea , quæ incipit, Salve Regina. Quod est omnibus Ecclesiasticis viris per quam notum; sicutque multis ex hac obseruatione magis notandum .
38. Deniq; † ad Ecclesiasticas solemnitates celebrandas, quatuor præcipuis,

principis, & frequentioribus coloribus vtitur Ecclesia. Albo ^{vi.}
 delicet, Rubeo, Viridi, ac Nigro; secundum Gulielmum Durandū,
 in Rationali diuinorum officiorum, lib. 3. cap. 18. cui titulus est, de
 quatuor coloribus. vbi in nu. 8. dicit, ad hos colores omnes alios
⁵⁹ referri. ¶ Sicut, & pictores quatuor principios colores habent, vt
 aduertit Petrus Gregorius, in Syntaxi artis mirabilis, lib. 31. in
⁶⁰ cap. 7. in princip. ¶ Colorem enim violaceum ad nigrum refert
 Durandus, vbi supra; licet Cassianus ad rubeum, seu purpureum
 pertinere dicat, in Catalogo gloriae mundi, p. 12. cosider. 93. vers.
⁶¹ sub isto colore. iuncto vers. antecedente. ¶ Prædictos etiam qua-
 tuor colores cum Durando refert Innocentius tertius, lib. 1. My-
 steriorum Missæ, cap. 32. Et licet modo in Missali Romano, in
 Rubrica Rituum, tit. de Coloribus, quinque colores numerentur;
 instituto quoq; nostro consonare videtur, in quinque principis
 Orbis Patriarchis; computando Romanum.

Caput Decimumquartum.

De alijs insignibus quaternarijs considerationibus, ad simi-
 litudinem quatuor insignium Patriarchalium se-
 dium: Vbi maxime, de Iubileo centesi-
 mo, pro isto Anno Millesimo
 sexcentesimo agitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Annus 1600. celeberrimus ob sanctum Iubileum Centesimum à
 S. D. N. Clemente octauo in dictum.
- 2 Indulgentiarum Thesaurus unde Ecclesiæ acquisitus, & adu-
 natus?
- 3 Indulgentia quatuor requirit.
- 4 De Iubileo, qui scripserunt?
- 5 Papa non arctatur tempore, ad Iubileum concedendum.
- 6 Iubileus quatuor potissimum temporibus solitus fuit concedi.
- 7 Hodiernis temporibus hominum corpora, & merita defecerunt.
- 8 Portæ quatuor Sanctæ aperiuntur, in anno Iubilæi.
- 9 Ecclesiæ quatuor visitande, in anno Iubilei.
- 10 Iubileus huius anni 1600. à Iubileo Bonifacij Octaui, & à Na-
 tiuitate Domini quaternarius est.

- 11 Seculum magnum ab Adam, usque ad finem mundi; in quatuor tempora diuisum.
- 12 Iubilaeus centesimus ob honorem Basilicarum Sanctorum Petri, & Pauli dicitur interdictus.
- 13 Iubilaeus centesimus ad tollendam secularium ludorum memoriā introductus.
- 14 Polidoris Virgilij lapsus, in origine Iubilai centesimi.
- 15 Bonifacius Octauus in scriptis redegit celebrationem Iubilai centesimi.
- 16 Bulgarus quare derisus a suis scholaribus?
- 17 Iubilaeus centesimus ante Bonifacium introductus.
- 18 Catalanus quidam quadringentis annis ante Pontificatum Bonifacij Octavi venit Romam, ad Iubileum centesimum.
- 19 Iubilaeus centesimus ab Ecclesia primordijs originem trahit.
- 20 Officium Ecclesiasticum tempore interdicti, quatuor conditionibus celebrandum.
- 21 Interdictum suspenditur a iure, in quatuor anni solennitatibus.
- 22 Sacrarum rerum species, quatuor.
- 23 Bona Ecclesia sunt necessaria; ut anima corpori.
- 24 Bona Ecclesiastica vota fidelium sunt, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum.
- 25 Bona Ecclesia in quos usus expendenda?
- 26 Portis quatuor intratur ad omnia Ecclesiastica beneficia.
- 27 Ecclesia habuit bona a suo exordio.
- 28 Constantinus Imperator die quarto sui Baptismi fecit donationem Ecclesia, & quibus Consulibus?
- 29 Sol qualiter dicitur quarto die creatus?
- 30 Bonorum Ecclesia quatuor partes facienda.
- 31 Thesaurus domus Domini quatuor levitis creditus erat.
- 32 Papatus dicitur largo modo beneficium Ecclesiasticum.
- 33 Beneficium Ecclesiasticum in quatuor consistit.
- 34 Beneficium unum, ut diuidi possit, quatuor requirit.
- 35 Commissiones causarum in partibus, quibus facienda?
- 36 Collegia ab Episcopo, cum quatuor virorum Consilio gubernanda sunt.
- 37 Provinciali quatuor diffinitores assignantur.
Generali ordinis quatuor assistentes assignantur, ibidem.
- 38 Professorum Religionis Iesu commendatio.

- ¶ **E**t quia ad Annum Domini Millesimum sexcentesimum
(Divina Clementia) sub felici Pontificatu, S. D. N. Clementis Octaui peruenti sumus, in quo, in hac alma Vrbe celeberrimus ille remissionis, ac Iubilai Annus celebratur: Idemque habet cum quaternaria obseruatione, multa communia; vt vltra Petrum Būgum, de mystica numerorum sign. p. 2. in fi. statim apetiam; indignū videretur hoc loco, illum silentio præterire. ¶ Quare sciendum est, Indulgentiarum Thesaurum, ex Christi Domini nostri meritis Ecclesia sacrosanctæ fuisse acquisitum: & ex Virgine sacratissima, alijsq; Sanctis coadunatum. iuxta extraug. Vnigenitus, de pœnit. & remiss. & Bullam Pij Quarti in ordine suarū 82. incip. Decet. Quæ habetur, in Bullario Rom. Pontificū, vol. 2. pag. 770. & obseruant Viualdus, in Candelabro aureo, p. 1. tit. de Indulgentijs, num. 3. & 4. & Gysaldus, in decisionibus catholice fidei, verb. Indulgentia, num. 2.
3. Vt t̄ autē Thesaurus iste ex omni parte fructuosus sit, quatuor præcipua exigit; auctoritatem videlicet in concedente, gratiam in accipiente, causam iustum concedendi, & implementum operis, pro quo imponitur. glos. verb. confitebuntur, in princip. in extraug. Antiquorum, de pœnitentijs, & remiss. Alphonsus Guerero, in Speculo summorum Pont. cap. 28. de Indulgentijs, circa finem, & communiter esse receptum, testatur Viualdus, vbi proximè, num. 9.
4. Inter t̄ prædictas autem Indulgentias, Iubilæus potissimum est, vt probant, qui de illo exprofessò scripsierunt. Ioannes Baptista Paulianus, ad d.c. cum ex eo, de pœnit. & remission. Ioannes de Anania, ad rubr. de fortilegijs, Frater Angelus Pientinus, Martinus Nauarrus, & Dominus Rutilius Bensonius Lauretanus Episcopus, & ante illos Iacobus Cardinalis S. Georgij, & nepos Bonifatij Octaui Papæ, vt habetur, in appendice Bibliothecæ SS. Patrum, cum scholijs Iulij Roscij.
5. Et t̄ quamuis ad concessionem Iubilai certis, ac determinatis temporib; non adstringātur Summi Pontifices, sed pro arbitrio Pontificio concedere illum soleant, vt notoria patet, & supradicti auctores aduertunt: ¶ Nihilominus tamen quatuor reperio obseruata tépora, in quibus celeberrimi Iubilai indicio fuit solemniter celebrata. Primum, quolibet Anno centesimo; Secundum, quilibet quinquagesimo; Tertium, quilibet Anno trigesimotertio; Quartum verò, quilibet Anno vigesimoquinto, vt patet, ex Extraug. Antiquorū, Extraug. Vnigenitus, & Extraug.

Quemad-

- Quemadmodum, de poenit. & remissio. & ex Bulla 7. Alexandri Sexti, incip. Inter curas, in tom. 2. Bullarum, pag. 141. vbi inductionem Iubilai ad quemlibet Annum trigesimum tercium, tribuit Gregorio undecimo, licet Episcopus Bensonius, in tract. de Iubilao, lib. 3. cap. 6. Urbano Sexto tribuat.
- 7 Quo fit, ut his temporibus (quibus non solum merita, sed, & ipsa hominum corpora defecerunt, teste Pelagio Papa, in c. fraternitatis. 34. distinet. & libro statutorum Carthusiani ordinis, p. 2. cap. 10. num. 1.) fidelis populus quolibet centesimo Anno quatuor
- 8 vicibus inuitetur, ad lucrādum istum sanctum Iubilaūm. ¶ In quo quatuor portæ (qua ob excellentiam sanctæ vocantur) solemni ritu aperiuntur, ut tradit insignis Natiarr. de Iubil. not. 34. num. 8. &
- 9 Dominus Episcopus Bensonius, vbi supra, lib. 4. cap. 13. ¶ Et quatuor sunt assignatae Ecclesia Patriarchales detinere visitanda, vide licet S. Petri, S. Pauli, S. Ioannis Lateran. & S. Mariae Majoris, ut patet in dicta extrauag. Quemadmodum; & in inductione Iubilæi à S. D. N. Clemente Octauo facta pro isto Anno Millesimo sexcentesimo. ¶ Est autem hic præsens annus, à centenario Iubilao Bonifacij Octauii, & ab ipsa Natiuitate Domini (qui veram generi humano attulit remissionem, insignis quoque quatercentesimus quaternarius; & per quaternaria sæcula (sæculum pro centum annis sumendo) computando; etiam quaternarius est. ¶ Ut ita, sicut magnum sæculum ab Adam scilicet, usque ad finem mundi, in quatuor tempora diuisum considerauit S. Antoninus, quem allegat, & sequitur Ludouic. Gomes, in repet. capit. cum in multis, num. 80. de rescript. in 6. ita quoque sacratissimus Iubilæus, qui à primordijs centenarius fuit, nunc Apostolicæ sedis benignitate, in quolibet anno centesimo quaternarius celebratur.
- 12 Causam ¶ vero concessionis centesimi Iubilæi fuisse honorem Basilicarum SS. Petri, & Pauli refert Nauarr. in d. Commentario, 13 de Iubilao, notab. 32. num. 31. ¶ Sed Polidorus Virgilius, de inventoribus rerum, lib. 8. cap. 1. fatetur, fuisse introductum in Ecclesiam, ad tollendam in populo Romano sæcularium ludorum, memoriam, qui in honorem Apollinis, quolibet centesimo anno, seu sæculo (ex quo sæculares ludi dicebantur) fiebant: acclamante Præcone, & dicente; Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, nec visurus est. Quod videtur satis verisimile.
- 14 In ¶ eo tamen Polidorus Virgilius, vbi supra displicet, quod originē centesimi Iubilæi tribuat Bonifacio Octauo. ¶ Ipse namq; 15 solu in scriptis rededit, quod iam erat antea in Ecclesia introducendum.

- etum. vt satis indicant verba illa prima ipsius Pontificis, in d. ex.
trauag. Antiquorum habet fida relatio, de penit. & remissio. Re
igitur nouam non fuit aggressus, qui asseruit, antiquorum rela
tione visitatam, arg. extrauag. rem non nouam, de dol. & contum,
& l. rem non nouam, neque in solitam aggredimur, C. de iud.
- 16 Vbi † gloss. l. obseruauit derisum suis Bulgarum à scholaribus
suis, quod legem illam interpretari cœperit, pridie, quo viduam
quandam duxerat in uxorem. Quodque non siluit Tiraquell, in
- 17 legibus connubial. in l. 6. in princip. num. 5. † Et in terminis, quod
ante Bonifacium introductus esset in Ecclesiam Iubilæus centesimus,
testatus est Cardinalis ille Sancti Georgij, ipsius Bonifacij
nepos in dicto lib. de Iubilæo, in cap. 2. & 7. referens ad Iubilæum
Anni 1300. ab Auunculo suo indictum, venisse Romanum aliquos;
qui superiori centenario pro simili lucrado Iubilæo iterum acce
serant. † Quod ita ex Nauarr. & alijs obseruat Dominus Episco
pus Bensonius, in dicto lib. 3. c. 5. de illo quoq; mentionem faciens,
cuius occasione in Cathalonia fundata fuit Ecclesia S. Mariae de
Monserrato. Qui quadringentis tantum Annis ante Bonifacium
potuit pro Iubilæo centesimo Romanum venisse, Anno scilicet Do
mini Nongentesimo, ut ex auctoribus, qui illius vitam scrip
runt, & ex libro miraculorum Beatae Mariae de Monserrato, & ex
Annis Comitum Cathaloniarum, qui inseruntur in principio consti
tutionum Cathaloniarum, licet colligere. † Quinimò Cardinalis
Ioannes Monachus testatur se ab ore ipsius Bonifacij Octauia ac
cepisse, Iubilæum istum Anni centesimi a primis Ecclesiæ tempo
ribus suisse concessum, ut patet, in gloss. in verb. confitebuntur,
in vers. à Natinitate, in d. extrauag. Antiquorum, & tetigit Vi
ualdus, in candelabro aureo, tit. de Indulgen. num. 20. vt ita ap
pareat, præsentem hunc centenarium Iubilæum, notabili superio
ri à me expensa quaternitudine decorari; & ad ornatum huius
nostræ tractatus pertinere.
- 20 In † Ecclesiastico præterea locali interdicto, habita est etiā qua
ternarij cōsideratio. Celebranda namque tūc sunt diuina officia,
quatuor seruatis conditionibus; submissa scilicet voce, ianuis
clausis, interdictis exclusis, & campanis non pulsatis, ut patet,
- 21 in c. alna mater, &c. adiçimus, de sentent. excommun. in 6. † Quo
etiam tempore, in quatuor præcipuis Anni festiuitatibus, videli
cket in Natali Domini, in Paschate, Pentecostes, & Assumptione
Virginis Mariae poterunt officia celebrari, non seruatis illis con
ditionibus, ut patet in d. c. Alma Mater, &c. in Festiuitatibus, vbi
couarr.

Couari. p. 2. num. 1. & sequi. licet', & hoc ad alias Festiuitates per
privilegia Apostolica extendatur, ut per Couarru. in d. loco.

22 Optimè etiam superioribus consonat, Quatuor esse sacrarum
rerum species, Sacraenta scilicet, Vasa sacra, Ornamenta sacra,
& Bona ad prædicta sustentanda; deputata. t ex S. Thoma obser-
nat Nauarrus, de redditibus Ecclesiasticis q. 1. Monito. 18. nul. 1.

23 Hæc † vero quarta species bonorum videlicet, honori ipsius
Ecclesiæ tam necessaria fuit; vt anima corpori. cap. si quis obije-
cerit. 1. q. 3. & Aurelianense Concilium, 4. in canon. 33. tradunt
Cardinal. à Turrecremata, in cap. expedit. 12. q. 1. Septimacensis,
de Catholicis institutionibus, cap. 44. num. 25. & seq. Soto, de iust.
& iur. lib. 10. q. 4. art. 5. Couarr. lib. 4. resol. cap. 16. num. 8. Rebuff.
in Praxi beneficiorum, p. 1. tit. forma Vicariatus Archiepiscopo-
rum, num. 22. cum alijs à me cumulatis, in Flosculo de clericorū

24 excellentijs, p. 1. §. 2. num. 58. & seq. † Dummodo eorum origi-
ne, ac natura considerata, quod vota fidelium sint, pretia pecca-
torum, patrimonia pauperum, & stipendia Ecclesiasticorum iux-
ta Cabilonense Concilium secundum, in cap. 6. Decretum Urbani
Papæ, in tom. 1. Concil. pag. 347. (de quo, & Aquisgranense Conc.
in cap. 1 16. ad hoc meminit vir doctus Achilles Statius Lusitanus,

in Epistola ad Martinum Nauarrum scripta, num. 13. posita in fi-
25 ne tractatus Nauarri, de redditibus Ecclesiast.) † In pios, ac de-
bitos usus expendantur, iuxta c. res Ecclesiæ. 12. q. 1. cum alijs,
que Nauarrus cumulauit, in dicto tractatu. Cuius verba, in q. 1.
Monito 22. num. 2. cum utilissima sint: placuit hic referre, habent

, enim in hunc modum: Non est verissimum, quod illi antiqui fide-
, les, tam religiosi, tam humiles, modesti, & temperantes: qui sua
, bona ob amorem Dei, & animarum salutem dederunt Ecclesijs,
, ea mœte illa dedisse, vt clerici sumptuosè comedamus, & bibamus,
, colendo gulam, quam illi oderunt; Neque vt nos, & nostras do-
, mos, familias, parientes, lecticas, & mulas splendidè vestiamus;
, humanum honorem adorantes, cum ambitione, & superbia; quas
, illi pro humilitate, & modestia contempserunt: Neque etiam vt
, grandes maioratus instituamus, aut cognatos nostros magnifice-
, mus; cù illi noluissent illa donare suis; vt Deo donarent: Neq; vt
, Thesaurizemus in terris, id quod imitando eos, Thesaurizare de-
, benuis in Coelis, sed, vt Ecclesiæ ministri primum; deinde paupe-
res alantur. Hæc piissimus, & doctissimus Nauartus.

26 Hæc † autem omnia illi laudabiliter seruant, qui per quartam
illam portam Dei Ecclesiam ingrediūtur, de qua meminit Petrus
Rebuff.

Rebuff. in Concordatis Galliae, in rubr. de electionis derogatione, in glos. in verb. sanguinis, sequentes adducens Versus.

Quatuor Ecclesias portis intratur ad omnes,

Cæsaris, ac Giezi, Sanguinis, atque Dei.

Prima patet Magnis, & numis altera, charis

Tertia, sed paucis quarta patere solet.

Pro cuius dicto vt cumque rigoroso, optimè facit textus S. Hieronymi, in cap. Moyses. 8. q. 1. omnino videndus, cuius verba sunt. *At nunc cernimus, plures hanc rem beneficium facere, ut non quarant eos in Ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant Ecclesiae prodeesse: sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deeliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & (ut deteriora taceam) qui ut clerici fierent, munerebus impetrarunt.* Et refert Aluarus Pelagius, de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 15. vers. Item Hieronymus, & in cap. 16. vers. Item beneficia, & ante ipsum Pelagium refert S. Isidorus, de Ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 5. vers. quomodo enim.

27. Hæc fitigit Ecclesiastica bona licet ab ipso Ecclesiæ primordio, aliqua fuerint in Ecclesia Dei; ut tetigit Ioannes Quintinus, in repet. c. nouit, num. 109. de Iudicijs: præcipue tamen illius ornamento, ac decori esse cœperunt, ab insigni illa (de qua supra memini) Constantini Magni donatione. † Quæ die quarta sui Baptismatis, Constantino Augusto Quar to, ac Licinio etiā Quar to Consulibus facta fuit, ut post acta Siluestri Primi habetur, in tomo 1. Conciliorum, refertque Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tomo 3. sub Anno Christi 324. pag. 229. vers. Ijs autem. † Quemadmodum, & solis substantia, in primo die creata, quarto tamen die tales qualitates, ac proprietates accepit: ut quarto die Sol factus dicatur; & lumen informe, formatum. Genesim cap. 1. & ex Magno Dionysio, de Divinis nominibus, cap. 4. refert S. Thomas, p. 1. q. 70. art. 1. ad secundum, & ex Beato Ambroſio recitat Ecclesia, in Hymno ad Vesperas Feriarum quartæ per annum, incip. Cœli Deus Sanctissime, ibi.

Quarto die, qui flammeam

Solis rotam constituens.

30. Horum † etiam Ecclesiasticorum bonorum à summis Pontificibus quatuor partes, ac portiones constituta fuerunt. Una pro Episcopo, Altera pro Clericis, Tertia, pro Pauperibus, & Quarta, pro Fabrica: iuxta text. in c. quatuor, c. de redditibus, c. cognoui-

mus, 12. q. 2. & ibi notata. Tradunt Dominicus à Soto, de iust. &

T iur.



- iur.lib. 10 q. 4 art. 3, versic. quare videntes Pontifices, & Antonius Augustinus, in epithomie veteris iuris P̄tificij, p. 2. de Reb.lib. 13.
- 31 tit. 21. † Et hoc forsan significabat, quod in veteri testamento Thesaurus domus Domini quatuor leuitis creditus erat, ut habetur 1. Paralipomenon, cap. 9. vt in prædictas quatuor causas diuidendus postea esset in Ecclesia; extendendo argumentum de personis, ad res, de quo arguimento agit tex. in l. si quis inquilinos, in §. si ita legatum, de Legat. 1. & Euerardus, in locis legalibus, in loco 84.
- 32 Beneficium † præterea Ecclesiasticum (sub cuius latissima specificatione etiam Papatus continetur, c. 1. de maledicis, & tradunt Ioannes de Selua, in tract. de Beneficio, par. 1. q. 2. num. 6. Petrus Gregorius in eod. tract. capit. 10. num. 2. & Dominus Flaminius Parisius, de resignat. beneficiorum, lib. 2. q. 1. num. 5. & lib. 3. q. 1. num. 15.) † In quatuor consistit, videlicet, in habilitate personæ, quæ prouidet; personæ, cui prouideatur; in qualitate beneficij; & in modo prouisionis, vt explicat Philippus Probus, ad Io. Monac. in cap. fin. num. 2. & seq. de tempor. ordination. in 6. Selua, d. par. 1. q. 1. num. 2. & seq. & Annibal. Rocchus, in tract. visitationum, ad
- 34 Breue Gregorij 13. in gl. verb. beneficia Ecclesiastica. † Et ut beneficiū diuidi possit, quatuor etiam requiruntur: vt tetigit Lambertinus, de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 1. 7. num. 4.
- 35 Auditores † etiam causarum quadrupliciter à Pontifice consti- tuuntur, Cameræ videlicet Apostolicæ, Contradictarum, Sacri Pa- latij, & specialis cause. Zabarella, in Clement. Auditor. de rescript. Lancellotus Conradus, in Templo omnium indic. lib. 2. c. 1. §. 3. num. 2. versic. Auditores. Commissionesque causarum in partibus faciendæ, iuxta tex. cum materia, in cap. statutum, de rescript. in 6. vt idoneis comitantur iudicibus; præceptum fuit, quod in Preuin- ciali, & Synodali Concilio quatuor ad minus viri nominentur; quibus prædictæ cause possint delegari, vt patet, in Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 10. † Collegia quoque, seu Seminaria ve- nuunt ab Episcopo; cum consilio quatuor virorum, duorum scilicet de Capitulo, & duorum de Clero ciuitatis gubernanda, ex d. Concil. Trid. sess. 23. cap. 18. vers. & quia, & verf. rationes autem.
- 36 Sed, † & in sanctis Religionibus quatuor solent in qualibet Pro- uincia diffinitores in adiutorium Provincialis assignari, sicut, & Generali ordinis quatuor assistentes, ex quatuor nationibus sunt eligendi. Quod maxime patet, in sacra Iesuitarum Religione, in prima Congregacione, tit. 1. Decreto 8. & in canone 89. triū Con- gregationum

gregatiōnū generalium. Et in secūda Cong regatione Decreto 25.
 38 & in canone 121. trium Congregatio num generalium. † Cuius Religionis professores, eruditissimos, venerabiles, ac Apostolicos viros appellat, vir vtiq; laudatissimus Illustris. D. Card. Baronius, in Martyrologio Romano, ad diem 28. Iulij, in scholio Fœlicis Secundi, & ad diem 27. Decēbris, in scholio S. Ioannis Apostoli, in fi. Ex quibus omnibus, ac singulis inferri facile à simili poterit, consultissime in toto Orbe erectas fuisse prædictas quatuor veras, ac præcipuas Patriarchales sedes Constantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam; ut illarum sedium Patriarchæ pro parte commissæ solicitudinis in hoc vniuersali Ecclesiæ sanctæ Seminario, summo Rom. Pontifici, Christi Vicario, & Generali Ecclesiæ Antistiti filialantes: eidem adiutorio simul essent, ac ornamento. Quod etiam alijs considerationibus euidentius infra constabit.

Caput Decimumquintum.

De multis alijs Quaternarijs considerationibus maximè ex
 Principe Apostolorum sumptis; quibus decoratur
 quadruplex præcipua, ac vera Pa-
 triarchalis dignitas.

S V M M A R I V M .

- 1 Vera quadruplex Patriarchalium sedium erection, etiam cessit in honorem Apostoli Petri. & num seq.
- 2 Christus in Monte Caluario passus.
- 3 Vaticanus Mons vocatus ab antiquis infamis.
- 4 S. Petrus quatuor Quaternionibus custodiendus traditus fuit.
- 5 Agri medijs funibus mensurantur.
- 6 Accidentalis gloria accrescit S. Petro, ex quaternaria Patriarchali dignitate instituta.
- 7 Rasuram in capite defert Clerus, in memoriam Petri Apostoli.
- 8 Sancto Petro quatuor per annum solennitates institute sunt.
- 9 In Vaticana Basilica quatuor celebrata Concilia fuerunt.
- 10 In atrio Vaticanae Basilicæ sepulti fuerunt quatuor Principes seculares.
- Cuius rei notabilis consideratio adducitur, num. 11. & 12.

- 11 Quod in Aulis Principum sunt Ianitores; hoc sunt in Sepulchro Petri Imperatores.
- 13 Christi primatum ex quatuor colligit Apostolus.
- 14 Dei voluntas fuit, ut successoribus Petri externi honores tribuerentur, qui sibi debebantur.
- 15 Deus duo magna posuit luminaria in firmamento; Solem, & Lunam.
- 16 Papa, & Imperator culmina sunt, & fontes dignitatum.
- 17 Papa quatuor Patriarchas habet; sicut Imperator quatuor habuit Praefectos Praetorio.
- 18 Papa comparatur Soli, Imperator verò Luna. Sol quatuor equos habere dicitur. ibidem.
- 19 Abacuch cap.3. ibi, Ascendes super equos tuos, & quadrigae tuæ saluatio: optimè etiam ad Papam, & quatuor Patriarchas applicatur.
- 20 Numa Pompilius uni Pontifici Maximo quatuor Pontifices alios subiecit.
- 21 Homo quatuor præcipua membra habet.
- 22 Eliseo Prophetæ cenaculum factum fuit, in quo quatuor fuerunt apposita. Anchoræ quatuor in naui Apostoli; Deambulatoria quatuor in domo saltus libani; Atrilia quatuor ambiata per circuitum parietis domus Domini. ibidem.
- 23 Artifex excellens multa habet in iure specialia.
- 24 Pateræ vitrea inuentio, quæ frangi non poterat, quale habuerit præmium?
- 25 Azo insignis I.C. Bononiæ decapitatus.
- 26 Anazenoræ citharedus tributa quatuor ciuitatum capiebat.
- 27 Christum Dominum magnum musicum fuisse, ponderant aliqui.
- 28 Ionathæ Sacerdotium super quatuor ciuitates constitutum.
- Boetij, & Hieronymi querella, quod virtus præmio careat. ibid.
- 29 Laus magna ex quatuor causis debetur.
- 30 Magnum quatuor modis dicitur.
- 31 Nobilitas quadruplex est.
- 32 Maior est aliquis quatuor modis.
- 33 Maioritas in Ecclesia, quatuor modis cognoscitur.
- 34 Papa maioritas multis argumentis cognoscitur.
- 35 Tetagrammaton nomen Dei est quatuor literarum.
- 36 Ecclesiarum instantia, & solicitude: in multis vigilijs consistit.
- 37 Papa præcipue pro fidelibus vigilat. & num.38.

- 39 *Collectatio nobis est aduersus rectones tenebrarum harum.*
 40 *Noctis quatuor partes, seu Vigiliae.*
 41 *Dies in quatuor partes diuisus ab Hebrewis.*
 42 *Roma quatuor precipuas classes habebat constitutas, ad omnem belli materiam.*
 43 *Legio, quadrata dicta.*
 44 *Senatus Romanus ante suscipiendum bellum, quadriduo orabat.*
 45 *Magistri militum quatuor sub Magno Admirallo.*
 46 *Mala quatuor aduersus animam.*
 47 *Ecclesiasticos viros quatuor potissimum reprehenderé possunt.*
 48 *Delictorum quatuor genera. & num: 55.*
 49 *Lepra genera quatuor.*
 50 *Hostes Ecclesiae precipui quatuor.*
 51 *Laberynthi mundi quatuor.*
 52 *Leprosi quatuor, multa bona de Syriorum castris reportarunt domui Israel.*
 53 *Dauid quarto fratri concessa victoria, contra Goliath.*
 54 *Zaccheus quando audierit à Domino, salus huic domui facta est.*
 55 *Ficulnea illa Euangely, tribus annis fructum non fecerat.*
 57 *Quartum mortuum nō legimus suscitatum à Domino. & quare?*
 58 *In conspectu Dei quatuor postulant vindictam.*
 59 *Angeli quatuor parati ad nocendum.*
 60 *Paralyticus ille Euangely, à quatuor fuit Christo presentatus.*
 61 *Hieremias Prophetatus fuit Papa.*
 62 *Ornan quatuor filios habuit.*
 63 *Aaron habuit quatuor filios.*
 64 *Angeli quatuor mouebantur ad nutrum Angeli; habentis signum Dei Vini.*
 65 *Fabri quatuor insignes.*
 66 *Roē mouebantur ad motum quatuor animalium.*
 67 *Seniores illi vigintiquatuor in Apocalypsi adorabant sedentem in Throno, post signum datum à quatuor animalibus sacris.*
 68 *Paulus Apostolus Purificatus intravit in Templum; cum quatuor viris, votum habentibus super se.*

Illud tamen signanter aduertendim censeo, hanc videlicet quadruplicem Patriarchalium sedium erectionem, ita in honorem Romanorum Pontificum cessisse, quod Apostolorum Principis Petri prærogatiis etiā congruisse dicamus: quicquid Concionator ille supradictus, & huius nostri suscepit laboris occasio contra-

1501 De Vera Quatuor Patriarchalium

contrarium omnino dixerit, ut Constantinopolitanam Ecclesiā, ac Hierosolymitanam ab hoc insigni, ac vero Patriarchalium sediū numero tolleret. † Cum enim Iesus Christus Dominus noster Beatum Apostolum Petrum suum præcipuum Vicarium in Ecclesia reliquisset, in multis etiam illum sibi similem esse voluit: Nam sicut ipse salutis, ac redēptionis nostra auctor nobilissimā cūriū Vrbītū, quæ in Oriente erant; Hierosolymam scilicet, & in ea Caluaria montem ignominij plenum ad Passionem suā sacratissimam (vt Euangelista testantur) elegit: † Ita etiam ordinavit, quod Beatisimus Petrus ad sedem Apostolicam perpetuo collocandam, in occidente plaga Romanam Principem omnium terrarum Ciuitatem accederet, patereturque ibidein in Cruce, in Vaticano monte; quem infamem appellabat antiquitas, vt ex Cornelio Tacito acutē simul, ac piē considerauit Marcus Attilius Serranus, de septem Vrbis Ecclesijs, in cap. de Ecclesia S. Petri in Vaticano, statim in princ.

4 Hinc † etiam factum est, quod sicut in sacratissima Christi Passione multa circa quaternitudinem fuerūt obseruata, vt vidimus supra; sic etiam voluit Dominus, quod aliqua similia in Martirio sui Vicarij præcipui, non deessent: sed inter duos milites vindictus catenis duabus, quatuor quaternionibus custodiendus tradideretur, vt patet, actuum Apostolorum, cap. 12. † Quo factum est, vt sicut medijs funibus ampla agrorum acquiruntur, & assignantur patrimonia; ff. si mensurā falsum modum dixerit, ff. & C. finium regundorum, & in Foris Valentiae, lib. 9. tit. fin. *De corda de zogueiar la terra. Facit illud Psalm. 15. Funes ceciderunt mibi in præclaris.* † Sic etiam ex illis funibus, ac colligationibus, quatuorque illis Quaternionibus, qui Petrum in carcere detinebant: accidentalis illi quedam gloria accederet, dum successoribus suis Roman. Pontificibus, non iam pro pœna, & angustia carceris, sed pro honore, ac excellentia Pontificiæ dignitatis, quatuor isti decreti, & assignati fuerint præcipui Patriarchæ, vt verè etiam ex hoc dicere posset, illud Psalmi 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo; consolaciones tue lætificauerunt animam meam.* † Sicut etiam rasuram illam in capite S. Petri à Iudeis contumeliosè factam: hodie tamē vniuersus clerici honoris causa ob illius reverentiam desert, vt post Bedam, in historia Anglorum resert Gulielmus Durandus, in rationali diuinorum officiorum, lib. 2. cap. 1. num. 31. Polidorus Virgilius, de inuentoribus rerum, lib. 4. cap. 8. & tetigi, in Flosculo de Clerico-

rum

ruini excellent. parte prima, num. 133.

- 8 Ex † eodem etiam fonte descendit, quatuor fuisse per annum
Beato Petro dedicatas solennitates, quarum prima est in Mense
Ianuario, ob Romanam Cathedram; Secunda Mense Februario,
ob Antiochenam; Tertia Mense Iunio, ob eius Martyrum, & Quat-
9 ra Mense Augusto; ob prædicta eius memoranda vincula. † Præte-
rea in eius Vaticana Basilica quatuor tantum fuerunt celebrata
Concilia, Duo, sub Symmacho Papa; Tertium, sub Gregorio Pri-
mo; & Quartum, sub Gregorio Secundo, vt tomò 2. & 3. Conci-
liorum patet.
- 10 Deinde † Romæ, in Atrio Principis Apostolorū, seu Vaticanæ
Ecclesiae quatuor sæculares Principes sepelliri voluerūt, vt obser-
uat Marcus Attilius Serranus, in d. lib. de septem Vrbis Ecclesijs
(hic Romæ superiori Inbilæ anno excusso) in c. de Ecclesia S. Petri
in Vaticano, pag. 21. videlicet, Ottho II. Imperator, Honorius,
11 Placidius, & Valétilianus Augusti. † Vt sic, nedū generica illa, (in
signis quidem) S. Ioann. Chrysostomi procedat consideratio, quod
id, quod Imperatoribus in aulis sunt Ianitores: Hoc in sepulchro
Piscatoris sunt Imperatores; Quod ex eo dixit, quia Constanti-
nopolii Constantinus ille Magnus Imperator, non intra Basilicam
Apostoli sed, ob maiorem illius reuarentiam in atrio fuerit sepul-
tus: vt ex eodē S. Chrysostomo refert Serranus, vbi supra, & com-
mendat Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annali-
bus Ecclesiasticis, in tomo 3. sub anno Christi 337. p. 438. in vers.
12 ceterum: † Verumetiam specialis hæc ex prædicto Quaternario
numero expendi possit (quam Dominus concessit) consideratio,
vt quemadmodum Petrus in carcere quatuor fuit traditus custo-
diendus quaternionibus, vt dixi: Ita nunc vice versa, in Atrio il-
lius sepulchri, quatuor quoque essent conditi Imperatores; veluti
quatuor illi præcipui Ostiarij, seu Ianitores, de quibus ex libro
Paralipomenon meminit Amalarius Fortunatus, de Ecclesiasticis
officijs, lib. 2. cap. 7. Ex quo apparet, in sumptuosa, dignissima,
& quadrata Basilica Vaticanæ fabrica; memoriam tantæ rei non
esse obliuioni tradendam.
- 13 Denique † eodem Hieroglyphico constituti videntur quatuor
prædicti insignes in toto Orbe Patriarchæ; vt tam in ipso Petro,
quam in suis successoribus Romanis Pôtificibus primatus in Ec-
clesia, ex hac subdita quadruplici dignitate colligi possit; sicut de
Christo Domino nostro dicebat Apostolus, quod super alia qua-
tuor constitutus fuit, ad Hebraeos, in c. 1. dicens: *Super omne Prin-
cipatum,*

15221 De vera Quatuor Patriarchalium

cipatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem. Ad-
densque ad Colloenses, in cap. i. verba illa notabilia, videlicet.

14 *Qui ex hoc sit ipse in omnibus Primatum tenens.* ¶ Dei siquidem
voluntas fuit, ut Petri successoribus hi honores externi trahi ueren-
tur: qui sibi in terris debebantur, ut ex insigni Cardinale Reginal-
do Polō, in tract. de Concil. q. 66. in fine, tradit. Franciscus Gratia-
nus de Garzatoribus, in Compendio iuris canonici, par. i. dist. 6.
num. 246.

15 Congruebat ¶ etiam (ijs alijs sequentibus considerationibus)
vt ad honorem Pontificis Romani, & illius etiam priuatum inter
alia argumenta cognoscenduri, quod illi in toto Orbe quatuor
principi Patriarche constituerentur. Sicut enim in firmamento
celi Dominus posuit duo luminaria magna præcipua, que in Or-
bem influerent, solem videlicet, & Lunam: Genes. cap. i. ¶ Ita
quoque voluit, intera esse sumnum Pontificem, & Imperatorem;
qui omnium huius mundi dignitatū culmina, ac fontes essent, &
in eas influerent. c. solitæ, cum ibi notari de maiestate, & obed.
tradit Alexander in L. i. nu. 17. ff. de offic. eius, cui mandata est iu-
risdictio, & sequuntur ibidem Ias. num. 4. & Ioannes Orosco, nu. 2.

17 Vnde ¶ sicut Imperator quatuor signanter præfatos prætorio
principales habuit; ita etiam congruebat, quod Roman. Pontifex
quatuor præcipios Patriarchas haberet; vt Odofredus, in rubr.

18 C. de Iustiniano Codice confirmando, num. 2. tetiget. ¶ Maxi-
mè cum Imperator Lunæ, Romanus verò Pontifex Soli compare-
tur, in d. c. solitæ, Bald. in c. bonæ, lo 2. de postulat. prælat. quem al-
legat Gomesius, in repet. c. i. num. 46. de constitut. in 6. Solis autē
quatuor esse equos, mysticè considerauit Raphael Volaterranus,
quem (ad aliud propositum) allegat Ludouicus Gomes, in repe-
c. ciuium in multis, num. 95. de rescript. in 6.

19 ¶ *Vt ¶ ex ijs appareat, coelesti motione Roman. Pontificem ad so-
larem quadrigā sur̄ Pontificiæ dignitatis, quatuor hos præcipios
Orbis Patriarchas applicasse, extendens illud, Abacuch, c. 3. ibi,
Ascendes super e quos tuos: & quadriga tua saluatio.* Licet enim
haec verba de Christo Domino, & quatuor Euangelistis exponan-
tur ibidem, à glossa Interlineali, optime etiam ad Christi Vice-
ariū applicari poterunt, & quatuor Patriarchas, cum ipse vicem
Christi, illi vero, quatuor Euangelistarum gerant, ut infra ex gra-
uissimis auctoribus ostendo.

20 Vnde ¶ quod Numa Pompilius fiditio illi Pontifici Maximo
quatuor alios Pontifices decreuit subiucere; ut referunt Alexáder

ab

- ab Alexádro Genialium dierum, lib. 2. cap. 8. & Carólus Sigonius,
de antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 1. cap. 19. de Sacerdo-
tis, in vers. ex ijs autem; congruentius in vero Christi Vicario,
& totius viiuensi summo Pontifice circa prædictos quatuor Pa-
triarchas elucescat. ¶ Ut sicut in homine (quem paruum mundū
appellamus) quatuor cōsideramus insigniora membra, ut docuit
Galenus, in arte paria, capit. 9. & Cassaneus, in catalogo gloria
mundi, p. 2. consider. 2. vers. aduertendum est, & in p. 12. consider.
46. in princip. Ita etiam in totius mundi præposito, prædictas qua-
tuor præcipuas Patriarchales dignitates sibi subditas veneremur.
- 21 Appositæ ¶ siquidem in hoc Ecclesiæ cœnaculo ad usum Roma-
ni Pontificis recte illæ videntur, velut quatuor illa, quæ in Pro-
phetæ Elisei cœnaculo apposita fuerant; lectulus scilicet mensa,
sella, & candelabrum ut habetur, 4. Reg. c. 4. & quatuor Anchoræ
navis Apostoli, de quibus Actuum Apostolorum, cap. 27. & qua-
tuor deambulatoria in domo saltus libani, à Salomone ædifica-
ta, ut habetur, 3. Regum, cap. 7. & quatuor Atrilia per circuitum
parietis ambita domus illius, in qua ministri Domini coquebant
victimas populi, ut habetur, Ezechielis, cap. 46. in fine. Ut sic ap-
pareat, quatuor istarum Patriarchalium sedium erectionem, de-
corem, & utilitatem huiusmaPontificæ dignitatis continere.
- 22 Constat ¶ etiam, quod ob singularem alicuius artificis excel-
lentiam multa specialia à iure concessa sunt, tā in ciuibib, quam
in criminalibus, Iad bestias damnatos. ff. de peñis, cum alijs, quæ
in eius ornatum obseruarunt Ias. in l. iubemus. num. 10. & seq. C. de
iudicijs. Marsilis, in l. 1. §. ad questionem. nu. 7. & seq. ff. de quæst.
Tiraquell. de peñis temperadis, causa 50. & Couarr. lib. 2. variar.
- 24 resol. cap. 9. num. 6. ¶ Nam quamuis ille, qui tam insignem paternā
vitream fecerat, quod frangi nō posset, pro præmio morte à Tibe-
rio Cæsare acceperit; ut meminit Tiraq. in d. causa 50. nu. 3. ut vere
,, ac misere exclamare posset, in illa verba Boetij, videlicet, virtus
,, non solum præmijs caret, verum etiam sceleratorum pedibus su-
biecta calcatur, & in loco facinorum, supplicia luit. Que ex eo, &
Beato Hieronymo in alio prôposito dolenter refert Lucas de Pe-
na, in l. vii. num. 3. vers. sed quid iniutiliter de Athletis, lib. 11. C.
- 25 Et ¶ magnus ille iurisconsultus Azo licet pro se d. l. ad bestias. al-
legasset; Bononiae tamen decapitatus fuerit, ut Alciatus tradit, in
lib. 9. Parergon. cap. fin. multi tamen alij dictis priuilegijs gaudet
- 26 ob artis suæ excellentiam. ¶ Inter quos (ut alios omittam) Ana-
xenoras fuit. Cum enim insignis Citharedus esset, eo usque perue-

nit, quod ob ministerij illius excellentiam motus Marcus Antonius Imperator illi concederit tributa quatuor ciuitatum, ut meminit Ravinus textor, in officina, p. 2. tit. Citharedi. & Cassaneus, in Catalogo gloriis mundi, p. 10. consider. 51, in vers. Anaxenori.

- 27 Vnde † congrue prædicti quatuor Patriarchatus præcipue Romano Pontifici constituti fuerunt, tanquam supremo, excellentijs super vniuersalem Ecclesiam Catholicae cappellam præcipuo magistro constituto, veroque Vicario Christi, quem summum fuisse musicum considerabat Frater Ludouicus Vinaldus, in opere Regali, in decima persecutione Ecclesiam, in vers. quinto magistrandus, & vers. vel Christus, & Cassanus ubi proxime, in vers. sed vt
 28 semel. † Neque enim hac præcipua qualitas debuerat abesse. Romano Pontifice, cum in veteri testamento Sacerdotium Iona-
 thæ constitutum fuerit super quatuor ciuitates, ut patet 1. Macha-
 biorum, cap. 11. in vers. & accepit Triphon.
 29 Quo † fit, vt cū magna laus ex quatuor causis proneniat, vide-
 licet, qū aliquid sit à magno, magno modo, de magnis psonis, & de
 magnis factis, ut expedit Cassanus, in d. catalogo p. 1. consid. 46.
 30 Et † magni quatuor modis dicatur ex Bernardino Busto, in p. 2.
 31 Rosarij, Sermone 20. Litera S. incip. ex prædictis. † Et quadrupli-
 cem nobilitate consideret ex Platone, & Aristotele Cassanus, ubi
 supra, par. 8. consid. 4. vers. Plato, & vers. seq. & Petrus Leauderius,
 32 in tract. de priuili. Doctorum, p. 3. q. 2. num. 9. † Et quatuor modis
 probemus aliquem esse maiorem, generis videlicet nobilitate, si
 potentia, honore, ac diuinitate; vt tradidit Iosephus Mascardus, de
 33 probat. Concl. 998. num. 3. & seq. volum. 2. † Et in Ecclesia maio-
 ritas quatuor modis cognoscatur, videlicet, ex prærogativa tem-
 poris, ordinis, ordinantis, & dignitatis, seu officij, vt post Archi-
 diaconum, & alios aduertit Philippus Probus, in cap. statutum
 nu. 19. & seq. de re script. in 6. cum alijs, quæ adducit Fælyn. in rubr.
 34 de maior. & obed num. 1. † Hinc etiam colligi potest, quod licet
 maioritas Domini Papæ in multis argumentis cognoscatur, vt la-
 tè congerunt, qui integros, ac landabiles de potestate Papæ tra-
 status scriperunt, quorum aliquos refert Baptista Ziletus, in In-
 dice librorum legalium: nihilominus tamen supra illius pote-
 stas, & amplitudo ex hoc principia liter appareat, quod super qua-
 tuor prædictos Patriarchatus, & quatuor Patriarchas sit consti-
 35 tuta. † Quemadmodum licet per plura nomina Dei, illius boni-
 tam, ac potentiam consideramus, tamen præcipue hoc proce-
 dit per nomen illud Tetragramaton, quatuor scilicet literarum;

quo

quo ineffabilem ipsius Dei virtutem, ad infinitam essentiam absq; aliquo respectu ad creaturam, vel aliquem exteriorem effectum inuestigamus; vt aduertit Innocentius Tertius, lib. 1. Mysteriorum Missæ, cap. 30. Petrus Bungus, in d. tit. de numero quarto, & Paulus Episcopus Burgensis, in Scrutinio scripturarum, dist. 10. in capit. 6.

- 36 Præterea † pondero, quod secundum Apostolum Secunda ad Corinthios, cap. 11. in fi. instantia quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum in vigilijs multis consistat, & sensit etiam Petrus Apostolus, Epist. 2. cap. 3. ibi: *Ex quo enim Patres dormierunt, &c.* Et Euangelium Lucae, cap. 2. ibi: *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis, super gregem suum.* Vbi sacri Theologi aduertunt, & Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 1. & ideo, quos grecè Episcopos dicimus, latinè speculatores interpretamur. c. 1. §. Episcopus autē, 2 i. dist.
- 37 Hæc † autem vigilia (quæ in dictis Pastoribus quatuor leges significabat, Naturalē scilicet, Mosaycā, Prophetarum, & noui testamenti, vt Ordo Romanus aduertit, agens de vigilia Natalis Domini, in vers. Vigiliae vero) cū signanter ad Romanum Pontificē pertineat, qui in plenitudinem potestatis est constitutus, cap. ad honorem de auctoritate, & vsu pallij: & Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 1. in fine.
- 38 Hinc † ipse vigilatissimus Pastor, qui pro cōmis̄ sibi in Beato Petro Quibus, iuxta c. solit. §. nobis autē de maior, & obed. noctes transit insomnes, vt habetur, in proximio sexti, in vers. amplectimur. glos. verb. labores, in cap. 1. de restitut. spoliat. in 6. pro insigni catholici Oulilis custodia merito quatuor (inter alios, qui in partem dictæ sollicitudinis vocati sunt, d. c. ad honorem) signanter vigiles custodes, hos videlicet quatuor Patriarchas designauit, iuxta quatuor illa sacra Animalia Ezéchielis, inc. r. quæ plena oculis erant; vt patet Apocalypsis, cap. 4. † Ut tām in nocturna aduersus mundi rectores tenebrarum harum colluctatione, de qua Apostolus, ad Ephesios cap. 6. † Integras quatuor nocturnas vigiliae partes (de quibus gl. verb. noctis, in c. superueniente. 1. q. 1. & latè Marcellus Francolinus, de Tempore horarum canonica- rum, p. 1. c. 1. num. 1. & seq.) cum ipso Romano Pontifice custodi- rent; † Quam etiam, in multis alijs quaternarijs necessitatibus, in ipso die (quem etiam in quatuor partes diuiserunt Hebræi, vt Post Cornelium Lanzenium resert Illustrissimus Cardinalis Baro- nius, in Annalibus Ecclesiasticis, tomo 1. in Anno Christi 34.

vers. 162. incip. his igitur. & vers. seq.) fidelis populo subuenirent.

42 Essentque † velut quatuor illæ clasæ, quas antiquitus Romana Respublica ad qmne bellî materiam habebat constitutas. vt meminit Vuolfangus Lazius, de Republica Romanorum, lib. 6. c. 5. in princip. vers. merito igitur.

43 Cum † enim ius militiae nihil aliud sit, quam ius legionis, vt meminit Carolus Sigoñius, de antiquo iure citium Romanorū, lib. 1. c. 15. in princ. non caret mysterio, quod legio, quæ aliquando plures, aliquando pauciores, quam quatuor milie homines habuerit; non tamen ternaria, quinaria, vel senaria dicta fuit; sed 44 tantum quadrata, vt ibi aduertit Sigoñius. † Vnde, & ante suscipiendum bellum Senatus Romanus per quatriuum supplicationes faciebat, vt auctor est Titus Liutus, lib. 5. Ab Urbe condita, paulo ante medium: quasi illo præmisso Quaternario; certam victoriam speraret.

45 Oportune † igitur in Ecclesiastica militia sub maximo Ecclesiae Admirallo, Romano scilicet Pontifice quatuor fuerunt præcipui Capitanei constituti, prædicti videlicet quatuor Patriarchæ: tanquam quatuor illi magistri militum, in seculari exercitu sub Admirallo constituti; de quibus post Lucam de Pena meminit

46 Cassaneus, in catalogo gloriae mundi, par. 9. considerat. 17. † Ut eorum ministerium, ac industria opponatur quatuor illis potissimum malis, quæ militant aduersus animam, Superbiæ scilicet, Auaritiam, Inuidiam, & Luxuriam: de quibus agit Patronus noster Sanctus Vincentius Ferrer Valentinus, in Sermone 4. Do-

47 minicæ secundæ, post octauam Paschatis. † Et alijs quatuor, quæ maxime Ecclesiasticos reprehendunt, quæ sunt, negligentia vide- licet circa diuinum officium; præfiosior cultus in victu, & vestitu; publica incontinentia; & nimia beneficiorum pluralitas. de quibus meminit Balthazar Altamiranus, in tract. de visitatio. ad Cœc.

48 Trident, sess. 24. de reform. c. 3. in verb. bonos mores, num. 13. † Et quatuor illis generibus delictorum, quæ sunt dicta, facta, scripta, & consilia. I. aut facta. in princip. ff. de pœnis, & c. aut facta, de pœnit. dist. 1. Vel iuxta aliam diuisionem S. Hieronymi, iuncta

49 gloss. in c. super tribus. de pœnit. dist. 1. † Et quatuor Lepra gene- ribus, de quibus, in c. voluisse, in l. Moysi, vbi gl. in verb. Lepra, 50 de pœnit. dist. 1. † Et quatuor insignibus hostibus Ecclesie, qui sunt, Superiores scilicet, idest malignantes Dæmones; Inferiores, idest aduersantes homines; Interiores, idest carnales cōcupiscentia; & Exteriores, idest illecebrae seculares ut meininit Guliel-

mus Durandus, in rationali diuinorum officiorum, lib. 5. cap. 3.
num. 4. & seq.

31. Ut † ita facilius quatuor mundi Laberynthos, (de quibus Plinius, naturalis historiæ, lib. 36. cap. 13. & Cassaneus, in Catalogo gloriae mundi, p. 12. confid. 74. in vers. de Laberynthis) creditis
 32 sibi Prouincijs aduentant, dirimant, facilesque reddant. † Sicque,
 de inimicorum Crucis castris multa bona Ecclesia sancta reportent;
 exemplo quatuor illorum fortissimorum Leprosorum, qui
 de Syriorum castris domui Israel plura bona reportarunt. vt ha-
 33 betur, 4. Reg. cap. 7. † Neque enim caret consideratione, quod nō
 tribus illis fratribus sed quarto, David videlicet, cōcessa fuit con-
 34 tra Goliath victoria. vt habetur, 1. Reg. cap. 17. † Et Zachaeus
 apud quē Dominus manere dignatus fuit, postquam de quadruplo reddito (ad materiam, s. quadrupli. instit. de action.) mentionem fecit; fœlicem illā à Christo vocē audierit: *Hodie salus huic
domui facta est.* Vt patet, Lucæ, cap. 9. relativè, in c. si sœculi leges.
 35 12. q. 2. † Vt ita sperandum sit, quod per medium horum quatuor
 Patriarcharum vigilante deprecationem, Christiano populo ne-
 dum super tribus sceleribus, sed etiam super quatuor misereatur
 36 Dominus, iuxta tex. in gloss. in d. c. super tribus. † Sicque quartus
 annus expectetur in hac Euangelica fculnea, quæ in tribus prio-
 37 ribus veteris Testamēti fructum non fecerat, Lucæ, c. 13. † Quar-
 tumque hoc modo suscitet Christus; qui antea suscitari non me-
 ruit, eo quod deficerent, qui dignè pro eo deprecarentur: Si Gra-
 tiano credimus, in cap. voluissent iniqui. s. cœcus quoq. in ver-
 tres quoque mortuos. de pœnit. dist. 1.
 38. Et † denique sicut quatuor sunt, quæ in conspectu Dei clamāt,
 postulantque vindictam: de quibus agit Bernardinus Buslus, in
 Rosario, p. 1. Sermone 22. par. 3. litera P. incip. Tertio ponūtur:
 39 Quatuorque † erant Angeli parati ad nocendum per quatuor il-
 la tempora, Horam scilicet, Diem, Mensem, & Annum: vt patet,
 Apocalypsis, c. 9. Sic etiam è contrario quatuor essent signanter in
 Ecclesia præcipui Patriarchæ, qui ab omnipotenti Deo continuè
 40 veniam pro fidelī populo postularent: † Illumq; in fide catholi-
 ca stabiliendum, & in moribus curandum summo Rom. Pontifci,
 Christi Vicario dignè offerrent: ad illorū quatuor similitudinem,
 qui Paralyticum illum, Iesu Christo Domino nostro obtulerunt.
 vt patet, in Euangelio, Matthæi, cap. 2.
 41. Cum † enim Rom. Pontifex, vt alter Hieremias Propheta super
 gentes, & regna sit à Domino constitutus, vt tetigit Pelagius, de
 Planctu

Planctu Ecclesiaz, lib. i. cap. 13. in princip. Hinc in d.c. solitæ. in §.
potuisses, de maioritate, & obedientia: illa quatuor tantum sibi
iniuncta retulit, videlicet, vt euellat, dissipet, adficeret, & plantet.

62 Pro † quorum congrua exequutione optime videntur quatuor
ij præcipui Patriarchæ constituti, vel tanquam quatuor illi filij

63 Ornan, de quibus, Paralipomenon, cap. 21. † Vel quatuor alij fi-
lij summi Sacerdotis Aaron, de quibus, Exodi, cap. 28. † Vel po-

64 tius, tanquam quatuor illi Angeli, qui stabant super quatuor an-
gulos terræ, tenentes quatuor ventos, qui mouebantur ad nutum
alterius Angeli habentis signum, vel sigillum Dei viui, vt habe-
tur, in Apocalypsi, cap. 7. Vt sic manifestè appareat, prædictos in
Orbe quatuor Patriarchas ad ostendendum Romani Pontificis
Primatū fuisse salubriter in Ecclesia cōstitutos; cum ipsi moueri
teneantur, ad nutum Angeli habentis signum Dei viui, hoc est ad
nutum Papæ signum Dei habentis, Christi scilicet Domini nostri
Vicariatum, vt patet in iuribus supra allegatis.

65 Et † quia contra hunc in Ecclesia Romani Pontificis Primatū,
non verentur hæretici, atque schismatici leuare cornu suū: con-
sultè quatuor ij præcipui Patriarchæ in Ecclesia sunt electi, ac cō-
stituti: ad similitudinem quatuor illorum insignium fabrorū, qui
venerunt deterrire, & deicere cornua gentium, quæ leuauerunt
cornu suum, super terram Iuda, vt habetur, Zacchariæ, c. 1.

66 Præterea † legitur Ezechielis, c. 1. quod ad motum quatuor il-
lorum mirabilium animalium mouebantur Rotæ. † Et Apo-

67 calypsis, c. 4. habetur, quod illa eadem quatuor animalia, cum re-
quiem non haberent die, ac nocte dicendo; Sanctus, Sanctus, San-
ctus, & darent gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti su-
per Thronum viuenti in secula seculorum; tunc proeidebant vi-
gintiquatuor seniores ante sedentem in Throno, & adorabant vi-
uentem in secula seculorum, mittentes coronas suas ante Thro-

68 num. † Cum autē prædicta quatuor mirabilia illa animalia Sym-
bolum, & Hieroglyphicum fuerint horum quatuor insignia.
Orbis Patriarcharum, vt statim videbimus: infertur necessario,
tot, ac tales semper tanto Illustrissimo titulo decorari, quod imi-
tantes quatuor illos viros votum habentes super se, cum quibus
Paulus purificatus intravit in templum: vt habetur actuum Apo-
stolorum cap. 21. ex insigni corum religione, eminentique doctri-
na (si opus esset) reliquos Ecclesiaz Prelatos mouere possent, ad
vnnum Deum ardenter adorare in cœlo, & vnicum eius Vicarium,
Romanum scilicet Pontificem plenius honorare in terra.

Caput Decimumsextum.

De Pontificio Papæ Primatu ex erectione quatuor Patriarchalium sedum cognoscendo: & quod Romæ quinque sint Patriarchales Ecclesiæ, pro quinque Orbis Patriarchis computando Romanum.

S V M M A R I V M.

- 1 Patria potestas quatuor modis constituitur.
- 2 Patriarchales sedes pro honore Pontificio fuerunt constituta.
- 3 Animalia illa quatuor Ezechielis quatuor Euangelistas representant.
- 4 Decretales quatuor Epistolæ Innocentij III. extendunt ad quatuor Patriarchas, quatuor illa sacra animalia Ezechielis.
- 5 Non omnes integras Decretalium collegit Antonius Augustinus Tarraconen. Archiepiscopus.
- 6 Integra litera c. inter quatuor, de majoritate, & obedientia adducitur, quæ præcipuus quatuor Patriarchas ultra Romanum probat.
- 7 Omnia in figura contingebant.
- 8 Intellectus decretalis ex integra sumitur.
- 9 Dictio, infra, quid importet.
- 10 Enunciatiua verba quando disponant?
- 11 Aquila pro Armis Imperij depingitur.
- 12 Praesumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.
- 13 Sancti dictum quando allegetur ad decisionem cause.
- 14 Papa in decisione causarum maior est omnibus sanctis.
- 15 Romani Pontifices exactè sacras literas interpretantur.
- 16 Animalia sacra quatuor apud Ezechielem, ad virum iustum applicant doctores.
- 17 Animalia sacra quatuor Ezechielis, ad Patriarchas quatuor applicata sunt ab Innocentio III.
Integra litera adducitur c. scriptum est. de elect. ibidem.
- 18 Doctores quatuor Ecclesiæ, qualiter Euangelistis applicentur.
- 19 Patriarchæ quatuor, repræsentant quatuor Euangelistas.
- 20 Euangelista, Christi magnalia scripserunt.

21 Roma,

- 21 Romæ quinque sunt Ecclesiæ Patriarchales.
 22 Orbis maior est Vrbe.
 23 Roma in medio mundi posita.
 24 Romulus post mortem apparuit Proculo, & quid illi dixerit?
 25 Caput humanum inuentum ab ijs, qui iacebant fundamenta
Capitolij.
 26 Roma caput mundi, & communis patria.
 27 Romæ sunt omnes ferè nationes de mundo.
 28 Romana ditio fuit appellata Orbis.
 29 Petrus Faber Gallicanam ditionem, Orbem quoq; dixit.
 30 Valentia Auctoris Patria dicta antiquitus Roma fuit, à suo
conditore Romulo Rege Hispania.
 31 Quinque Ecclesiæ Romæ appellantur Patriarchales. & nu. 40.
 32 Lateranensis Ecclesia an sit Cathedralis Papæ? & nu seq.
 33 S. D. N. Clemens Octauus mirifice decorat, ac illustrat Latera-
nensem Ecclesiam, & qua potissima consideratione.
 34 Lateranensis Ecclesia in ædibus Pauli Laterani adificata.
 35 Sanctus Franciscus apparuit Innocentio III.
 36 Lateranensis Ecclesia Primum habet super omnes Vrbis, &
Orbis Ecclesiæ.
 37 In maiori Altari Ecclesiæ Lateranensis Episcopi Cardinales ce-
lebrabant, in alijs Patriarchalibus, præsbyteri Cardinales.
 38 Capita Apostolorum Petri, & Pauli in Ecclesia Lateranensi
venerantur.
 39 Lateranensi Ecclesiæ aliquando Praefectus Decanus.
 40 Patriarchales Ecclesiæ Romæ assignatae sunt, ut præcipui Pa-
triarchæ Romæ quoque sedes haberent. & num. 41.
 42 Pollex Dux est, & dominator aliorum quatuor digitorum.
 43 Dauid in Pera Pastorali quinque misit limpidissimos lapides.
 44 Roma ultra Aquilam habebat quatuor alia signa militaria.
 45 Sub solo vexillo Aquila pugnabant Romani.
 46 Papa quintum Patriarcharum numerum constituit.
 47 Beneficia trium Ecclesiæ Patriarchalium Romæ sunt reser-
vata Pontifici.
 48 Marcelli Francolini lapsus in numero Ecclesiæ Patriarcha-
lium Roma.
 49 Papa in tribus Ecclesijs Patriarchalibus solet Roma coronari.

Præterea tū quatuor modis cōstituatur patria potestas, per
Matrimonium videlicet, per Adoptionem, per dationem cu-
rix,

- rix, & legitimationem factam à Principe; vt obseruat gloss. i. in l.
item in ptestate. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris: congruum
quoque erat, tanti Patris, Romani scilicet Antistititis potestatem
ex eo etiam notabiliter colligere; quod quatuor sub se habeat in
2 toto Orbe præcipios Patriarchas. † Vnde veluti superius nedum
ex communis Doctorum sententia, verum ex clara iuris decisione
probatum fuit, quatuor illos esse in Orbe post Rom. Pontificem
Patriarchas: Sic etiam nunc nedum ex proxime adductis considerationibus, & coniecturis: sed ex aperto Pontificio decreto ostendendum erit, prædictas illas quatuor in Orbe Patriarchales sedes, pro insigni summi Pontificis Primatu cognoscendo, fuisse constitutas. † Sciendum igitur est, quod sicut quatuor illa sacra, & mirabilia animalia, quæ in circuitu Throni erant, de quibus habetur Ezechiel. cap. 1. & Apocalypsis c. 4. ad facrosanctos quatuor Euangelistas Domini adaptauit Magnus ille Gregorius Papa; vt & aduerterat ordo Romanus, tit. denuciatio scrutinij ad electos. vers. aperturi vobis, pag. 36. & seq. & patet in Breuiario Romano, in communi officio Euangelistarum, in lectionibus primi, ac secundi nocturni, & ex alijs etiam doctoribus infra allegandis:
- 4 Sic † etiam doctissimus Innocentius III. Papa eadem illa animalia sacra, ad quatuor hos præcipios in Ecclesia Patriarchas celesti consilio extendit; quatuor super hoc Decretales Epistolæ faciendo. Illis autem quatuor volumini Decretalium Gregorij noni, seu iuris Pontificij insertis, notabiliter quadruplex quoque, & idem initium concessum fuit, videlicet, c. inter quatuor. de clericis peregrinis. c. inter quatuor. de maioritate, & obedientia, c. inter quatuor. de clericis non residentibus, & c. inter quatuor. de Religios. domibus.
- 5 Et † quamvis in prædicto Decretalium volumine litera, quæ hoc expresse probat, non inseratur (continetur namque in integra litera dictarum Decretalium, quæ solita est in similibus Decretalibus appellari Infra) eamque etiam omisit extendere, diligens alias Tarraconen. Archiepiscopus Antonius Augustinus, in antiquis collectionibus Decretalium; extensa tamen modo legitur, in libro illo, cui titulus est, Corpus iuris canonici emendatum, ac notis illustratum, cum scholijs Lancellotti, sub uno tantum ex dictis quatuor capitibus, videlicet, sub d.c. inter quatuor. de maioriitate, & obedientia; in hunc, qui sequitur modum. † Inter quatuor animalia, que in medio sedis, & in circuitu eius describuntur ab Ezechiele, facies Aquile, super ipsarum quatuor memo-
- X ratur;

- ratur; Quia inter quatuor Patriarchales Ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quae per animalia prædicta significantur, quas Apostolica sedes in medio habens, quasi filias amplectitur spirituales, cui eadem quasi in circuitu famulæ exequentes: &c. Hæc Innocentius Papa. ¶ Ex quibus verbis euidéter appareat, dictas quatuor Patriarchales sedes, in illis quatuor sacris, ac mirabilibus animalibus prævisas fuisse, ac figuratas: easque optimè in Ecclesia constitutas, ut Apostolicae Romanæ sedis famulatum exequerentur. Verè enim scriptum est, per Apostolum. 1. ad Corinthios cap. 10. in illis verbis, *omnia in figura contingebant.*
- 8 Nec ¶ obstat, quod prædicta Innocentij verba non sint extensa, in d.c. inter quatuor. de maior. & obed. sed tantum habeantur, in Infra, seu integra supra relata: Pertinent enim nihilominus, ad plenum prædictæ Pontificiæ dispositionis intellectum, vt in simili obseruat glos. verb. & infra, in c.literas tuas. de restit. spoliat. glos. in positione casus, in c. cum super. de offic. deleg. in illis verbis,
- , Casus ita colligitur ex integra, & aduertit inter alios Dominus Franciscus Pegna in Directorio inquisitorum, par. 2. comment. 2.
- 9 in princip. & vers. ex integra. ¶ Habet namque dictio illa, Infra, eā vim, ac potestatem; vt includat sua extrema, vt obseruant Marcus Antonius Bardus de Tempore utili, & continuo, q. 19. nu. 19. & Flaminius Parisius, de resignatione beneficiorum, lib. 12. q. 8. num. 25.
- 10 Sed, ¶ tetsi verba illa dictæ integræ, (seu Infra) enunciatiua videantur, cum tamen super illa fundet Pontifex principalem suam decisionem: probant, quod dixi, iuxta tex. & ibi notata, in Clement. literis, de probat. Crauett. consil. 104. num. 6. Afflictis decis. 305. num. 14. & seq. Ripa, Responso 1. de Rescript. nu. 3. Philippus Portius lib. 1. Regalarum. Concl. 27. & Anton. Gabriel. lib. 1. concl.
- 11 tit. de probat. conclus. 2. maximè num. 21. ¶ Neque enim aliter principalis intentio Innocentij III. procederet, dum primum locum inter Patriarchas Constantinopolitano assignat, applicando illi unum ex prædictis sacris animalibus, Aquilâ scilicet, tâquam Antistiti Imperialis ciuitatis (cum Aquila, pro Armis Imperatoris depingatur, vt aduertit Cassaneus, in Catalogo gloriæ mudi, p. 1. sub consider. 38. Concl. 17. Ut in proprijs terminis Nicolaus de Lyra, Sixtus Senensis, & Petrus Gregorius statim allegâdi, aduertunt) nisi reliqua tria sacra animalia, tribus etiâ alijs Patriarchis, seu Patriarchalibus sedibus applicasset; Hierosolymitanæ scilicet,

- scilicet, Leonem; Antiochenæ, Bouem; & Alexandrinæ Hominē;
- 12 vt supradicti considerant. † Quare iam ista erit iuris, & de iure, præsumptio, contra quam probatio in contrarium non admittitur. iuxta glo. verb. credendum, in l. antiquæ. C. ad Velleian. rece-
ptam communiter, vt aduertunt Couarr. de sponsal. p. 1. c. 4. §. 1.
num. 2. & 3. & Iosephus Mascard. de probat. conclus. 1232. num. 2.
& conclus. seq. num. 3. vol. 3.
- 13 Nam † si sancti alicuius sententia fundata in auctoritate, noui vel veteris Testamenti efficax, ac potens est ad decisionem causa-
rum; glo. verb. illorum, in c. de libellis. 20. distinct. DD. in cap. ne
innitaris. de Constitutionibus: Quid dicendum erit in sententia.
D. Papæ, cœlesti illi visioni inhærenti, & allegorico sensu pro ho-
nore, ac decore Apostolicae Romanae sedis, ad quatuor præcipuos
- 14 Orbis Patriarchas applicanti? † In decisionibus enim causarum maior est summus Pontifex (excepto Petro) omnibus sanctis, qui summi Pontifices non fuerunt, vt aduertunt Abbas, in c. qualiter,
& quando. lo 2. num. 2. de accusatio. Ludouicus Gomes, in repet.
c. 1. num. 37. de constit. in 6. Iosephus Mascard. de probat. Concl.
191. incip. Biblia auctoritas. num. 11. vol. 1. & Paulus Grysalodus,
in decisionibus catholicae fidei, verb. Papa num. 30.
- 15 Quid? † quod et si procederent loca illa, quæ sub testimonio Caetani refert Melchior Cano, de locis Theologicis, lib. 6. c. 1.
vers. decimo Romani Pontifices; & alia similia prima facie in-
nuentia, non semper exactè sacras literas exposuissé Pontifices,
circa humana iudicia (quibus tamen locis satisfacit, ac respon-
det ipse Melchior Cano, in d. lib. 6. cap. 8. Vers. Decimo autem) ni-
hilominus tam apta, ac genuina fuit dictorum facrorum quatuor
animalium, ad quatuor prædictas Patriarchales sedes ab Inno-
centio III. facta applicatio: quòd nullus reperiatur, qui contra-
- 16 rium scripsérunt, vel senserit. † Cum enim prædicta animalia sacra,
ad virū iustum applicarit post alios Alphōsus à Castro, in Psal. 50.
Homilia 16. in princip. alijq; ad alia extenderint; vt refert Petrus
Bungus, de mystica numerorum significatione, titul. de numero
Quarto, in fine: Quis vitio dabit doctissimum virum, ac Roma-
num Pontificem Innocentium III. quòd illa eadem quatuor, ad
prædictos quatuor Patriarchas applicauerit?
- 17 Apertius † etiam, & magis ex proposito hoc idem insinuauit,
ac docuit prædictus Innocentius III. in Decretali Epistola Magi-
stro Martino Notario Apostolico scripta, per hæc notabilia ver-
ba, quæ sequntur. *Scriptum est in Apocalypsi Ioannis, quod in*

medio sedis, & in circuitu sedis erant quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Primum animal simile Leoni, Secundum animal simile Vitulo, Tertium animal habens faciem quasi Hominis; & Quartum animal simile Aquila volanti; & quatuor animalia singula eorum: alas senas habebant. Sedes ista Romana Ecclesia intelligitur, que usitato vocabulo sedes Apostolica nuncupatur, utiq; sedes agni, sedes viuentis in secula seculorum. In medio cuius quasi Filiæ in gremio resident, & in circuitu astant quasi famulæ in obsequio quatuor Patriarchales Ecclesie: Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, & Constantiopolitana, quæ per illa quatuor animalia designantur. Marcus enim Alexandrinam fundauit, & rexit Ecclesiam, qui secundum insinuationem Ezechieli accepit per Leonem, eo quod Euangelium incæperit à rugitu dicendo, Vox clamantis in deserto, & quia quemadmodum Leo catulum suum post diem tertium suo asseritur excitare rugitu, sic Deus Pater Filium suum, qui Leo de Tribu Iuda esse describitur, de cuius resurrectione principaliter tractat Marcus, diuinitatis sua potentia post triduum a mortuis suscitauit. Vnde in die resurrectionis Dominicæ, ipsius Euangelium antonomasiacè in Ecclesia recitatur. Lucas autem fuit natione Antiochenus, qui propterea in Vitali figura describitur, in quo Sacerdotalis hostia designatur, quoniam à Sacerdotio inchoans Euangelium, de immolatione tractauit præcipue summi Sacerdotis, & veri, qui est hostia salutaris, vitulus videlicet saginatus, quem Pater iussit occidi, pro Filio Prodigo redimoto. Unde bene per ipsum Antiochena Ecclesia designatur; in qua primum Apostolorum Princeps in summi Sacerdotij cathedram a fidelibus extitit sublimatus. Matthæus quidem fuit natione Iudeus, & Euangelium primum descripsit etiam Hebraicè in Iudea, & ob hoc per hominis speciem designatur, quod ab incarnatione Christi suum inchoans Euægeliū, principaliter humanam eius Natiuitatem ostendit, quod ipse Christus de Iudeis, & in Iudea pro nobis assumens, Hierosolymitanam Ecclesiam Metropolim Iudeorum sua humana praesentia consecravit, de qua dictum fuerat per Prophetam, Homo factus est in ea. Ioannes vero Asianam fundauit Ecclesiam, & Apocalypsim septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia ipse descripsit, quibus, & ceteris Græcorum Ecclesijs Constantinopolitana tandem preferri meruit; Et propterea per Aquilam merito designata, quia sicut Aquila volatu omnes aves excellit, & oculorum eius intuitum Solis radius

dius non offendit, sic Ioannes tribus alijs animalibus in terra relictis, supra celos calorum ascendens, veram lucem oculis inreuerberatis aspexit, & à diuina verbi Natiuitate suum Euangelium inchoauit, qui licet inter uniuersos Euangelistas fuerit ultimus tempore, Præcipius tamen exigit dignitate, quoniam in cœna supra pectus verbi recumbens, fluenta doctrinæ de ipso sacri Dominici peccoris fonte potauit: Sic Constantinopolitana Ecclesia licet posterior tempore, postmodum propter honorificentiam p̄yssimi Constantini prælata est alijs dignitate, siveque facti sunt primi nouissimi, & nouissimi primi, ut merito ipsi dicatur, multæ filiæ congregauerūt diuitias, sed tu sola super gressa es uniuersas. Hæc Innocentius III. Quæ ex Vaticana Bibliotheca accepi, præcedente licentia Illustrissimi Domini Cardin. Baronij, qui dignissimus est tantæ Bibliothecæ Bibliothecarius. Et quæ adde ad c. scriptum est. de electione, sunt enim verba illius integræ, quæ alibi non reperitur; addeque ad ea, quæ supra tetigi, in c. 10. num. 14. & 47. dum egi de Constantino Imperatore, & de causa erectionis Constantinopolitani Patriarchatus. Vnde Innocentium etiam in dicta expositione in offenso pede sequuntur oēs, signanter Nicolaus de Lyra, super c. 4. Apocalypsis; Sixtus Senensis, in Bibliotheca sancta, lib. 2. §. Sigillorum, in vers. Quatuor animalia: Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris lib. 15. c. 5. num. 3. Lelius Zecchus, in lib. de Republica Ecclesiastica tit. de statu Patriarcharum, num. 2.

- 18 Optimè figitur, sicut pro quatuor summis Euangelicæ legis Prothocancellarij (quatuor inquam sacrosanctis Euangelistis) quatuor reperiuntur scribæ principales produci, seu quatuor doctores; Gregorius scilicet, Matthæo; Ambrosius, Lucæ; Hieronymus, Marco; & Augustinus, Ioanni; vt considerauit Frater Bernardinus Bustus, in p. 2. Rosarij, Sermone 35. litera T. incip. elegit
 19 quatuor: f Sic etiam congruentissimum fuit, hos quatuor insigniores Patriarchas constitutere; qui prædictos quatuor Dei Euangelistas representarent. Quod satis aperte sensit Innocent. III. vbi proximè, & expressè obseruant, ac docent Abb. in d.c. scriptum. num. 1. notab. 1. de electio. Gulielmus Durandus, in Rationali diuinorum officiorum, lib. 7. cap. 44. num. 4. Gregorius Lopez. in l. 1. 2. tit. 5. partita 1. in gl. in verbo quarto: allegans tex. d.c. scriptum. de electio. Ludouicus Romanus quondam Rotæ Auditor, in Sermone incip. vos estis lux mundi, nu. 20. posito in fine suorum Consiliorum, Ioan. Thyerius, ad Cardinalem Zabarellam, in cap. antiqua, sub nu. 6. in verb. Crucem, de priuilegijs. Petrus Rebuff.

- in Concordatis Galliae, in Rubr. de collationibus, in §. si quis vero. verb. Patriarchalis. Paulus Orianus, in repet. l. i. num. 23. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Ioannes de Selua, in tract. de beneficio, p. i. q. 2. num. 40. Bartholomaeus Cassaneus, In Catalogo gloriae mundi, p. 4. cōsid. 9. & Gulielmus Redoanus Nibbienensis Episcopus, in tract. de Simon. mentali, par. i. cap. 16. num. 2.
30. Quo † fit, vt quemadmodum per illos quatuor Euangelistas, præcipua magnalia Dei, Christique filij eius, ac Domini nostri mysteria apparent: Sic etiam illius Vicarij, Romani scilicet Pontificis in vniuersali Ecclesia potestas, ac primatus signanter per hos quatuor præcipuos Orbis Patriarchas elucescant. Vnde non est mirum, quod summi Romani Pontifices suam ex hoc etiam auctoritatē agnoscentes, insignemq; in Ecclesia quatuor Patriarcharum significationem considerantes; plura, ac singularia illis priuilegia contulerint, eosque semper honorificè tractarint, vt statim videbimus.
21. Hinc † etiam factum est, vt nedum ultra Romanam sedem, quatuor illas per Orbem, Constantinopolitanam scilicet, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam præcipuas, ac veras Patriarchales sedes constituerunt: Verumetiam Romæ, ultra Lateranensem Ecclesiam (proprium summi Pontificis Patriarchiū, iuxta c. in nomine Domini, in princip. iuncta gl. verb. Patriarchij. 23. dist. & latius infra dicam) quatuor alias Patriarchales Ecclesias, scilicet, Sancti Petri in Vaticano, S. Pauli extra muros, Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Laurentij extra muros designarunt. iuxta sequentem versum.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atque Ioannes:

Iij Patriarchatus nomen in Urbe tenent.

De quibus quinque Patriarchalibus (computata Lateranensi) Urbis Ecclesijs, me minere Cardinalis Ioannes Monachus, in c. fundamenta. num. 6. de elecione, in 6. vbi Probus, in additione, sub num. 8. vers. quatuor sedes. Archidiaconus, in d.c. in nomine Domini. num. 2. & in d.c. fundamenta. num. 8. Cardin. Turrecremata, in d.c. in nomine domini. num. 22. vbi Ioannes de Grassis, in repet. num. 4. Albericus de Rosate, in rubr. ff. de stat. homin. num. 6. Aluarus Pelagius, de Planctu Ecclesiae, lib. 2. c. 11. in princip. Rodulphus Cupers, in tract. de sacrof. Eccles. ad c. oportebat. 79. dist. in §. patet. num. 4. Andreas Gammarus, de aucto. legati de latere, lib. 2. tit. de varijs ordinariorum nominibus, num. 15. & 246. Matthias Hugonius, de Patriarchali præstantia, vers. in nomine Domini,

- mini. Prouinciale omnium Ecclesiarū ex libro Cancellariæ Apostolicae excerptum, in princip. Et ex Epistolis Innocentij III. refert Marcus Attilius Serranus, in libello de septē Vrbis Ecclesijs, in initio. Cuius verba, ad propositum nostrū notabilia, Ro-
 22 māque superiori Anno Iubilæi scripta: statim referam. † Quam-
 uis enim reuera Orbis maior sit Vrbe:tamen, quia nō altera Ro-
 manæ Vrbis Ecclesia, & altera totius Orbis existimanda est, cap.
 legimus. 93. dicit.congruebat, quòd sicut in Orbe quinque erant
 (computata Romana) Patriarchales sedes; vt latè supra ostendi:
 Ita quoque Romæ (ad Orbis similitudinem) quinque essent (La-
 teranensi computata) prædictæ Ecclesiæ Patriarchales.
- 23 Roma † siquidem nedum in medio mundi posita est, vt ex Vi-
 etruuo obseruat Quintilianus Mandosius, in Regula Cancella-
 24 rix. 16. q. 41. nu. 6. † Verumetiam caput mundi meruit appellari.
 Id autem vel ex eo factum est, quod Romulus iam vita functus
 „ Proculo apparuerit, dicens: Abi, nuncia Ronianis, Cœlestes ita
 „ velle, vt mea Roma, caput sit Orbis terrarum; vt iisdem verbis
 25 de Romulo agens, refert Titus Liuius, lib. 1. Ab Vrbe cōdita: † vel
 ex eo, quod humanum caput repertum fuerit à iacentibus funda-
 menta Capitolij: vt obseruauit Joachimus Myntingerus, in S. quā
 26 formam, in nu. 1. Institut. de satisdationibus: † vt cumque tamen
 sit, in dubia res est, quod Roma iuris vtriusque auctoritate, caput
 mundi appetetur, vt patet, in c. fin. de foro competenti. & I. Ro-
 ma. ff. ad Municipal. & tradunt Alciatus, lib. 2. dispunctionum,
 cap. 21. Et Quintilianus Mandos, omnino videndus, in regula
 27 Cancellariae, 20. q. 10. num. 2. † In ea siquidem tanquam in com-
 muni omnium patriæ, sunt ferè omnes nationes de mundo, vt di-
 xit Burgos de Paz, in repet. c. cognoscentes. num. 210. de constitu-
 tionibus, & Ioannes Quintinus (licet cum aliqua nota Curiæ) in
 repet. c. de multa. num. 110. de præben.
- 28 Quinimo † Romana ditio fuit Orbis appellata. l. 1. C. de cadu-
 cis tollendis. ibi, Ab Orbe Romano. vt emendatores codices ha-
 bent, teste Alciato, in d. cap. 21. vers. Paulus quibus addit. l. 1. C. de
 eunuchis. & l. fin. C. de testament. in illis verbis. Orbis Romani. Et
 tex. l. in Orbe Romano, ff. de stat. homin. & ea; quæ ex actis Beati
 Siluestri obseruat Illustris. Card. Baronius; in Annalibus Eccle-
 siasticis tom. 3. sub anno Christi. 324. pag. 229. versic. ijs autem.
- 29 Ut † sic appareat, quòd sola patriæ affectione motus Petrus Fa-
 ber. I. C. in lib. 2. semestrium, in capit. fin. in fine Gallicanam
 ditionem Orbem appellari. Tam illustre siquidem epithetum
 tantum

tantum inclytæ Romæ competit: vt nedium culibet communis patria sit, sed etiam quilibet possit appellari Romanus.

30. In † hoc autem (parcant alij) excedimus Valentini, qui à prima origine proprium Romanorum nomen suimus consequuti. Romulus siquidem Hispaniæ Rex, & Thesla filius trecentis ferè annis antequam alter Romulus conderet Vrbem, Valentiam patriam meam condidit, eamque Romā appelluit. Quod obseruant Ioannes Baptista Agnesius cōualentinus, in Appologia pro equitibus, & ciuibus Valentiniis optimis, in Germanam malorum ciuium factionem, p. 1. in scholio, incip. extremo. Ioannes Vaseus, in Chronico Hispaniæ, tomo 1. c. 10. vers. Thesla vita de functo, & Abrahamus Ortellius, in Thesauro Geographicō, in verb. Valentia.

Congruè igitur, vt ad superiora redeam, quinque Ecclesiæ Patriarchales fuerunt Romæ constituta; ad similitudinem Orbis, in quo tot sunt etiam (computando Romanam) præcipue Patriarchales sedes, vt supra latè ostendi.

31. Fuerunt autem prædictæ quinque Ecclesiæ Patriarchales appellatae: non quidem ex eo, quod summus Patriarcharum Romanus Pontifex, sacerdotale munus in illis frequentius exercere Soleat; vt existimarent Rodulphus Cupers, in tract. de sacrosan. Ecclesia, ad c. oportebat. 79. distinct. in §. patet. num. 4. Lancelotus Conratus, in templo omnium iudicium, lib. 2. cap. 3. num. 5. & Marcus Antonius Cucchus, in institutionibus maioribus lib. 2. tit. 7. de Patriarchis, num. 23. Nam si ex eo, quod in maioribus dictarum Ecclesiarum altaribus, nullus absque speciali summi Pontificis licentia celebrare potest, nomine aliquod habere meruerunt; profectò nō Patriarchales, sed Pontificiæ erant dicende; Vocatae ergo Patriarchales sunt, propter prædictos quinque Patriarchas, computato Romano; cui merito Lateranensis Ecclesia, specialiter est assignata, & Archipatriarchalis dicta.

32. Quamuis enim Marcus Antonius Cucchus, vbi supra tit. 2. de Episcopis. num. 1. in eos inuehat, qui putant Rom. Pontificem dici Lateranensis Ecclesiæ Episcopum; fretus auctoritate glossatoris antiqui regularum Cancellariae: tamen sic appellari posse, ex prima Gregorij XI. Constitutione apparent. Data Auinione. 10. Kalend. Februar. in illis verbis. Auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, decernimus, ac etiam diffinimus sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam, præcipuam sedem nostram: &c. Hæc Gregorius.

Vnde

33. Vnde † insignis ille iurisconsultissimus Dominus Silvester Al dobradinus, inter alia eius opera, quibus mirificè ipsum ius commune illustrauit; in scholijs ad Philippum Decium, in c. licet de vitanda. de electione, sub num. 52. alias 31. in verb. Altera opinio. resoluens, quod si sede vacante omnes Cardinales mortui essent, quod electio pertineret ad Canonicos Lateranensis Ecclesiae (licet Bal. in l. vbi absunt, ff. de tutoribus, & curat. & Lancellotus Conradus in Templo omnium iudicium, lib. 2. c. 1. §. 2. in princ. num. 6. dicant, tunc temporis electionem pertinere ad Patriarchas) ad dit hæc formalia, & notabilia verba. Eadem enim est cathedralis Ecclesia. Quæ verba peculiari attentione considerans, S. D. N. Clemens Octauus, ut potè à Patre suo sapientissimo prolati; iure quidem conatur, prædictam Lateranensem Ecclesiam mirificè decorare, ac illustrare; vt ad oculum patet.
34. Cum † enim magnus ille Constantinus Imperator, in ædibus Pauli Laterani fisco addictis, conseruato Laterano nomine, illam costruxisset primam Ecclesiam: vt tradit Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, tom. 3. sub Anno Christi 312. vers. 83. incip. sed cur sic dictæ ædes? & in vers. seq. & Petrus Gregorius lib. 17. Syntagmatis iuris vniuersi. c. 9. nu. 10.
35. cum sequ. par. 2. † Cæpit hæc Ecclesia Lateranensis, propria haberi, ac esse summi Rom. Pontificis sedes. Quod satis innuit, indulgentia solita ibi lucrari in anniversario die electionis summi Pontificis, & visio illa Innocentio III. in somnis oblata, vt regulam confirmaret S. Francisci, qui suis humeris sustinere videbatur collabentem Lateranensem Ecclesiam, vt habeat Romanum Breuiarium, in lectione 5. Sancti Francisci, vt sic intelligeret Pontifex, expedire regulam approbare illius, qui suam propriam, ac specialem sedem sustentabat.
36. Vnde † Lateranensis Ecclesia tanquam vera, ac propria sedes Pontificis, super omnes Orbis, & Vrbis Ecclesias (etiam Vaticanam) merito est constituta; vt Apostolica auctoritate declarauit, ac diffiniuit Gregorius XI. in supra allegata constitutione, cuius verba, in eadem Ecclesia in matmoreo quodam lapide habentur. Ex quibus, & alijs in contradictorio iudicio ita fuit obtentum, ac decisum in Rota per R.P. Franciscum Sarmiento. Cuius sententia Pius V. confirmauit, vt patet, in constitutione sua 94. incip. Firmita. Et ita communiter tenetur, vt refert Frâchus, in c. fundamen ta. num. 1. de eleçt. in 6. & Aluarus Pelagius, de Planctu Ecclesiae, lib. 2. cap. 11. in princ. adeo, quod Paulus Grysalb. in decisionibus

- catholicæ fidei, verb. Ecclesia, num. 23. obseruet, haereticum esse, contrarium sentire, intelligendo, vt ibi.
- 37 Pro † eius enim Ecclesiæ præminētia obseruatum antea fuit, vt in Altari Beatorum Petri, & Pauli tantū septem Episcopi Cardinales celebrarent; cum in reliquis Ecclesijs Patriarchalibus, idē munus Præsbyteris Cardinalibus concessum esset, vt ex Anastasio Bibliothecario, & alijs obseruat Attilius Serranus, de septem
- 38 Vrbis Ecclesijs, paulopost principium. † Quin, licet in Vaticana, & Ecclesia S. Pauli dimidiata Apostolorum corpora honorifice condita sint: In Lateranensi tamen amborum capita summa religione seruantur, vt expræminentia vtriusque capitis, Ecclesiæ etiam præminentia cognoscatur, iuxta tex. in l. cum in diuersis locis. imm̄ta gl. verb. Cuius. ff. de religios. & sumptibus funerum.
- 39 Nec † prætermittendum videtur, quod licet prædictæ quinque Ecclesiæ Patriarchales varios Romæ præfectos habuerint: nō sicut absque consideratione factum, vt Lateranensi aliquando Decanus præficeretur, vt referunt (licet hoc non ponderent) Prouinciale Ecclesiæ, in princ. Philipp. Probus, ad Ioan. Monachum, in c. fundamenta. num. 8. de electione, in 6. & Quintilianus Mandosius, in regula Cancellariæ 7. q. 1. num. 3. in fine.
- 40 Vera† igitur causa constituendi Romæ quinque Patriarchales Ecclesiæ, in prædictis quinque Patriarchis (computando Romanum) verificatur, vt ex Epistolis Innocentij III. accépit Marcus Attilius Serranus, in dicto libello, de septem Vrbis Ecclesijs, statim in principio. Cuius verba superius inserere promissa, habent in hunc modum. Quinque sunt in Vrbe Ecclesiæ, quæ ob insigniē ædificiorum magnitudinem ex omni antiquitate Basilikæ vocantur, Lateranensis, Vaticana, S. Pauli via ostensi; S. Mariæ Maioris, S. Laurentij extra vrbis menia, vt, & aliunde constat, & ex Epistolis Innocentij Tertiij, quæ in Vaticana Bibliotheca adseruntur. Eadem Patriarchales dicebātur, quod ex eis Lateranensis quidem Romano Pontifici (qui, & Patriarcha aliquando vocatus est) ad habitationem attributa erat; cœteræ ad hospitium, ac diuersorum alijs quatuor Reipublicæ Christianæ Patriarchis, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolimitano; qui post Romanum ex sacrorum Conciliorum decretis Principem in Ecclesia locum obtinebant. Quod ideo factum est, ut si quando contigisset generalia Concilia Romæ celebrari, quibus interesse, iij quatuor tenebantur, aut alia quatuor de causa ad Vrbem accederent, suas quisque ibi sedes haberet. Est enim Roma

- , Roma communis omnium patria, quò, cùm ex toto terrarum,
- , Orbe (antequād adeo miserabiliter Christiana Respublica affli-
- , etā esset) innumerā gentes confluērent; conueniens fuit, aptumq;
- , etiam ad conciliandos illarum animos: vt omnes quo confuge-
- , rent, haberent, vbi suū agnoscerent ducem, ac pastorem. Hæc
- 4 Attilius Serranus, vbi supra. † Cui consonat (mutata superiore
fusa sententia.) Rodulphus Cupers, in tract. de sacros. vniuersali
Ecclesia, in §. quæ sint Cardinalium partes, num. 29. pag. (secundū
meū codicem) 221. & Matthias Hugonius Phamagustanus Epi-
scopus, in tract. de præstantia Patriarchali, in vers. in nomine Do-
- , mini, addens notabiliter hæc verba videlicet; Ut sic etiam de-
- , monstretur, Romano Pontifici subditos esse reliquos quatuor Pa-
triarchas. Quod etiam senserat Omofrius Panuinus, de septem
Vrbis Ecclesijs. in cap. i.
- 42 Cum † enī in manu Dei sint omnes fines terræ, Psal. 94. quos
Petro, & successoribus in eo commisit Dominus, vt supradictum
fuit, manus autem perfecta quinque digitos habeat; hinc cœlesti
consilio factum fuisse credo, vt Roma, quæ mystica quedam ma-
nus Orbis est, cum sit communis omnium patria, vt dixi; quinq;
istos etiam mysticos digitos haberet, quinq; scilicet Patriarcha-
les Ecclesijs. Ex quibus Lateranensis, tanquam pollex Roma-
no Pontifici speciali modo dicata fuit, & Archipatriarchalis di-
cta, cœteræ verò reliquis quatuor Patriarchis assignatae fuerunt.
Ut sicut aliorum quatuor digitorum pollex dux, ac dominator
dicitur, secundū Pierum Valerianum, in Hieroglyphicis, lib. 36.
tit. de digito. verb. Pacificatio, & verb. Robur: Sic etiam appare-
ret Romanum Pontificem aliorum quatuor Patriarcharum du-
cem, ac dominatorem esse.
- 43 Sicut † enī Dauid contra in circuncisum Philistheū Goliath,
quinque limpidissimos lapides de Torrente elegit, eosq; in Perā
Pastoralem missit, vt patet 1. Reg. c. 7. sic etiam supremus ille Da-
uid Christus Dominus de vniuerso Orbe, quinque limpidissimos
lapides, quinque scilicet Patriarchas præcipios elegit, & in Perā
fū, idest in Ecclesiā sacrosanctā constituit; Ut sicut ex illis quinq;
lapidibus, primus, idest Christus (quatuor in pera remanentibus)
Philistheum destruxit, sic in Ecclesia catholica (ijs quatuor Pa-
triarchis conseruatis) primus, Romanus scilicet Pontifex iniqui-
simi Philistæj, Dæmonis videlicet cum suis sequacibus astutias, &
machinas repelleret, ac destrueret.
- 44 Vnde, † & hoc mysterium (licet priscis Romanis absconditum)

latere potuit, in eo, quod Roma, ultra præcipuam Aquilam quatuor alia haberet militaria signa, Lupos videlicet, Minotauros, Equos, & Apros; ut refert Bartholomaeus Cassanæus, in catalogo gloriæ mundi, p. 1. consider. 38. conclus. 17. in versic. sic legimus.

45 Hæc & enim omnia quinque licet exercitum præire, consueverat; tamen cum dimicandum erat, sola Aquila è Castris educebatur, & sub eo vexillo (tanquam cum primo lapide Dauid) pugnabatur, ut referunt (sed non ad hoc propositum) Plinius, Naturalis historiae, lib. 10. c. 4. Alexander ab Alexandro, Genialium dierum, lib. 4. c. 2. in princ. & ibi Tiraq. in additione: ut sic appareat, hanc quinque Patriarchalium sedium in Ecclesia sancta constitutione insignem esse, ac venerandam; ad supremum Rom. Pontificis pri-

46 matum cognoscendum. & Romanus enim Pontifex cum Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano huc quintum Patriarcharum numerum constituit, quod non legitur de alia Ecclesiastica dignitate, ut aduertunt Cardin. Ioannis à Turrecremata, in c. clerios, num. 21. dist. 21. & ibi Ioannes de Grassis, in repet. num. 28. cum alijs supra allegatis.

47 Vnum & autem circa dictas quinque Vrbis Ecclesias Patriarchales aduertendum censeo, quod beneficia trium illarum Lateranensis scilicet, Vaticanae, & Sanctæ Mariæ Maioris specialiter reseruata sunt summō Pontifici, iuxta regulam Cancellariae. 7. & tradit Dominus Anastasius Germonius, in tract. de Indultis Apo-

47 stolicis, in §. tam ratione. num. 12. & seq. & Non tamen ideo credendum est, tres tantum illas Ecclesias Romæ esse Patriarchales; ut existimat Marcellus Francolinus, in tract. de tempore horarum canonicarum, in cap. 28. num. 4. sunt enim quinque illæ supra relatæ; ut in terminis etiam obseruat Quintilianus Mandosius, in d. reg. Cancellar. 7. in princ. Facit etiam, quod licet Rom. Pontif. in tribus Vrbis Ecclesijs solitus sit coronari, quinq; tamen sunt ibidem Patriarchales Ecclesie, ad Orbis similitudinem, in quo sunt etiam quinque Patriarchales sedes. Hoc autem expressè constat, ex Epistola Innocentij III. Episcopis, & alijs Constantinopolitanis scripta, incip. Euangelica, in vers. Ceterum licet quinque sint Patriarchatus in Orbe, In illis verbis, Nec alienum à ratione videtur, quod cum propter causam prædictam Rom. Pontif. habeat quinque Patriarchales sedes in Vrbe: apud tres tantum illarum solemniter coronatur. Hæc Innoc. III. in Anno 7. qua ex Bibliotheca Vaticana accepi.

Caput Decimumseptimum.

De vniuersali in Ecclesia Papæ Primatu, & quod optimè deducatur ex eo, quod sit super quatuor præcipuos Patriarchas constitutus: Refuta turque Carolus Molinaeus, declarantur aliquot Concilia, expenditur stylus Curia, quo aliquando Oratores appellant se Papæ creaturas; & in primis probatur quanta sit Patriarchalis dignitas.

S V M M A R I V M.

- 1 Metus ministrorum honor est Domini.
- 2 Majoritas alicuius ex dignitate subditorum apparet.
- 3 Quanto quis præest dignioribus, tanto dignior est.
- 4 Si vincit vincentem te, vincam te.
- 5 Deus honorat patrem, in filijs.
- 6 Pater per filium, magister per discipulum, & preses per subiectos nobilitatur.
- 7 Primatus Papæ optimè deducitur ex eo, quod sit super Patriarchas quatuor præcipuos constitutus.
- 8 Primate, seu minores Patriarchæ multi sunt.
- 9 Patriarchæ propriè tantum quatuor sunt. & num. 16.
- 10 Poetæ appellatione quis intelligatur.
- 11 Iura aliquando allegant Poetas.
- 12 Apostoli appellatione intelligitur Paulus.
- 13 Dominij appellatione venit directum.
- 14 Excommunicationis appellatione venir maior.
- 15 Cardinalium appellatione non intelliguntur Rauennates, Compostellani, & similes; sed Illustrissimi Domini S. R. E. Cardinales.
- 17 Patriarchis quatuor principalibus insignior locus in Cappella Papæ, & in generali Concilio, quam alijs Patriarchis affigatur.
- 18 Reges appellantur in iure Illustres.
- 19 Patriarchæ quatuor Illustres dicuntur.
- 20 Patriarchæ quatuor pluribus praesunt Provincijs.
- 21 Patriar-

- 21 Patriarchæ quatuor equiparantur Regibus.
 22 Reges quatuor de iure inunguntur, alijs de consuetudine.
 Reges ex Patriarchis exierunt, ibidem.
 23 Patriarchæ quatuor præferebantur aliquando Dominis Cardin.
 24 Eugenius Quartus prætulit Illustrissimos Cardinales, quatuor
 Patriarchis principalibus. purissimis autem etiam
 Cardinales sunt Cardines terra, & solium Gloriæ tenent. ibide.
 25 Extrauag. ut Prælatorum, de maiorit. & obed. expeditur.
 26 Summi Pötifices de Patriarchali dignitate per Emphasim quan-
 dam loquuti sunt.
 27 Patriarcharum specialia priuilegia.
 28 Papa probat primatum Romanæ Ecclesiæ, ex eo, quod sit prælata
 alijs Patriarchalibus sedibus. & nro. 90.
 29 Petro Apostolo quando fuerit conceßus primatus à Domino.
 30 Pedis supra manum positi; Hieroglyphicum.
 31 Patriarchæ dicuntur Archiepiscoporum pàtres.
 32 Papa qualiter sit primus Patriarcharum ostenditur, contra hæ-
 reticos. & num. seq.
 33 Nouella Iustiniani 131. de ecclesiæ tit. declaratur aliter, quam
 à Dionysio Gotthifredo.
 34 Petrus Apostolus in administratione prælatus fuit alijs Apostolis.
 35 Papa velut Sol, Fons, & Radix est Ecclesiasticarum di-
 gnitatum.
 36 Papa solus tantam habet potestatem, quantam habent omnes
 Patriarchæ simul.
 37 Gabriel Alexandrinus Patriarcha obedientiam dedit S. D. N.
 Clementi Octauo, per notabilia epitheta.
 38 Hæreticum est, dicere, Papam nō esse superiorem Patriarcharū.
 39 Molinæi dictum reprobatur.
 40 Molinæus hæreticus declaratus est.
 41 Molinæus aliquando primatum Papæ confessus fuit.
 42 Tex. in c. nullus Patriarcharum. 99. dist. expensus.
 43 Hæretici lumen claræ veritatis, ut cæci non vident.
 44 Quod de uno negatur, affirmatur de alijs.
 45 In generali sermone non comprehenditur persona loquentis.
 46 Papa, uniuersalis Ecclesia Rector est.
 47 Epistolarum. SS. Clementis, Eleutherij, & Sixti intellectus.
 Iura non sunt Iudaicè intelligenda. ibidem.
 48 In Ecclesia debet esse unus Episcopus.
 49 Deprecatio in cathedracione summi Pontificis.

- 50 Papa cur non utatur Baculo Pastorali, sicut alij Episcopi.
 51 Papa totus Orbis diaecesis est.
 52 Papa concurrit cum omni prelato.
 53 Papa multa potest in Episcoporum diaecesisbus, quae ipsi non pos-
 sunt Episcopi.
 54 Stephanus de Gaeta, & Ludouicus Gomes expensi.
 55 Episcopus non potest aliquem in sanctum canonizare.
 56 Domus sua quilibet Rex. Adagium.
 57 Crimina morte digna, quae sint.
 58 Pater, & Dominus quem habeat in familiam suam potestate.
 59 Papa dicitur summus Pontifex, quia super omnes est.
 60 Tex. in t. prime sedis 99. dist. declaratar. & num. seq.
 61 Episcoporum epitetha multa sunt.
 62 Solus Papa appellatur summus Sacerdos.
 63 Stylus Romane Curiae expensis, quare aliqui dicantur Papae
 Oratores, alij verò Creature. & num. seq.
 64 Ex noua dignitate noui homines effici videmur.
 65 Papae admiranda potestas per creaturas suas inuestigatur, ad si-
 militadinem Dei.
 66 Stylus Curiae obseruandus est. Abflosio. Aboflosio.
 67 In styllo sit stricta interpretatio.
 68 Card. Gabrielis Paleotti opinio expensa, an congrue Dominu-
 Cardinales dicantur Papae creature? & num. seq.
 69 Purpureus Cardinalitius color charitatis perfectione significat.
 70 Principes seculares aliquando noluerunt Domini appellari; &
 aliquando se uniuersales dicebant.
 71 Insignis Gregorij Papae humilitas cum Abbe Ioanne.
 72 Gregorius primus clausulam illam [Seruus seruorum Dei] ad-
 inuenit, in literis Apostolicis.
 73 Papa qualiter recte dicatur uniuersalis.
 74 Alexandrinus Patriarcha qualiter dicatur parilem cum Rom.
 Pontifice potestatem habere. & num. seq.
 Canonis. 6. alias 8. Nicæni Concilij primi declaratio. ibidem,
 & num. seq.
 75 Constantinopolis fuit appellata Roma noua.
 76 Constantiopolis non erat condita tempore Nicæni Concilij.
 77 Francisci Torrensis exposicio circa predictum canonem sextum
 Nicæni Concilij.
 78 Verba dicti Can. 6. quomodo legebatur in antiquo Codice M.S.
 79 Eadem verba canon. 6. qualiter referant alij viri doctissimi.
 80 Membra

- 80 Membra à capite dissidere non debent.
 81 Nicephori Calixti verba expensa.
 82 Romana Ecclesiae auctoritas debet esse salua in omnibus.
 83 Constantinopolitanus Patriarcha scapham Ecclesiae gubernare dicitur, non verò nauem.
 84 Scapha est quædam minor nauis.
 85 Petro Apostolo, & successoribus in Pontificatu datum est, nauem Ecclesiae gubernare; & in altum ducere.
 86 Ecclesia dicta fuit aliquando Nauicula.
 87 Nauis appellatione quid veniat.
 88 Ecclesia nauis magna comparatur.
 89 Imperatores Constantinopolitani Patriarchas suos ad pedes sedere cogeabant: Papa verò pedes osculabantur.

1 **E**t quia inter alia multa, quibus Romani Pontificis Primatus comprobatur, ad idem argumentum ex occasione iam dicti Concionatoris, nouam hanc speculationem suscepi in quatuor præcipuis Orbis Patriarchis fundandam; necessarium esse duxi, aliqua hic de illorum excellentia aduertere; quia sicut Beatus Clemens Papa, in libro 7. Apostolicarum constitutionum, in c. 25.
 2 dicebat, quod metus ministrorum, honor est domini: Ita maioritas alicuius, ex dignitate subditorum cognoscitur. ut dixit Ab-
 3 bas in c. solitæ. nu. 4. de major. & obed. ¶ Quāto enim quis præst dignioribus, & excellentioribus: tanto maior ipse dignior, & ex-
 cellentior est, cap. 1. de priuilegiis. & nos igitur, in Authentico, de
 defensoribus ciuitatum, collat. 3. gl. verb. Canonicas, in vers. nota
 ergo, in c. statutum. de rescript. in 6. Cassanæus in Catalogo gloriæ
 mundi, p. 5. consider. 15. & 19. & Doctores Collegij Paduanij, in
 consl. de præcedētia Monachorum, ad Canonicos regulares. nu. 5. 1.
 4 posito, in fine Consiliorum Zabarelli. ¶ Quibus consonat vulga-
 ta illa regula, 1. de accessionibus. ff. de diuersis, ac temporalibus
 præscriptionibus, vbi probatur, quod si vincas vincentem te; à for-
 tiore vincam te, cum alijs, adductis a Cassaneo, in dicto Catalo-
 go. p. 12. cōfid. 25. vers. ex quo sequitur. ¶ Honorat siquidem Deus
 patrem, in filijs: vt habetur Ecclesiastici, cap. 3. & ideo in Euan-
 gelio Marci cap. 15. exprimitur, quod Simon ille Cyrenæus erat
 6 pater Alexandri, & Russi. ¶ Patrem enim per Filium, Magistrum
 per Discipulum, & Præsidem per subiectos nobilitari; expresse
 probat tunc in S. generaliter, in Authentico, Constitutio, quæ de di-
 gnitatibus, collat. 6, & ibi obseruat glas. verb. nobiliiores. Ioann.

- Neuizan in Sylva nuptiali, in lib. 5. num. 42. & Tir aquell de Nobilitate, cap. 16. num. 1. 3. & seq.
- 7 Sciendum est igitur quod magnus ille ethiologiarum magister Beatus Isidorus Patriarcham summum, vel Principem Patrum interpretatus fuit: vt refert Gratianus, in c. clericos. 21. distinct. Vbi, & illa notabilia habentur verba, videlicet. *Et quia summo honore fungitur, tali nomine censetur.* Quo fit, ut dum Patriarcham (qui, iuxta predicta in summo honore est constitutus) subditum Romano Pontifici expendo; inde etiam meritato, primatum Papae in reliquum Corpus Ecclesiae sine controversiis deduco. ¶ Prædictus vero B. Isidori locus non est de quolibet pri-
- mate, vel minori Patriarcha intelligendus, vt cumque alias sit ille venerandus, veluti Aquileiensis, Cantuariensis, Bituricensis, Toletanus, vel Tarracensis, & similes: de quibus agit gl. verb. Archiepiscopis, in d. c. clericos. Archidiaconus, in c. 1. nu. 4. vers. Archiepiscopus, de statu Regul. in c. Felyn. in rubr. de maior. & obed. nu. 1. vers. ponit. Mandolius in reg. Cancellaria, 2. de reseruat. in princ. Anastasius Germanius, de saerorum immunitatibus, lib. 3. c. 7. num. 1. & 2. Marcus Antonius Marsilius, de redditibus Ecclesiasticis p. 1. c. 11. nu. 17. & seq. & Antonius Augustinus, in epitome veteris iuris Pontificij, p. 1. de personis, lib. 2. de Patriarchis. tit. 9. de varijs primatibus, & tit. seq. & Vuolfangus Lazius, de Republica Romana lib. 2. c. 2. vers. atque hæc de orientis.
- 9 Quamvis est enim lato sumpto vocabulo, idem primas, & Patriarcha dicatur (sic enim intelligo Iura, & Doctores, in quibus nulla differentia inter Primatem, & Patriarcham constitui videtur, vt refert inter alios Flaminius Parisius, de resign. beneficior. lib. 2. q. 1. num. 46.) strictè tamen, ac propriè Patriarcharum nomen quatuor illorum est, qui omnium sunt maximi; quibusque Primates parent: vti Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. vt iisdem verbis scripsit Anastasius Germanius, vbi supra in lib. 2. c. 5. num. 17. & consonant Gregorius Lopez, in l. 12. tit. 5. partita 1. in gl. in verbo. *que se llaman Patriarchas.* Et Franciscus de Pauinis, in tract. de offic. & potest. capit. sede vacante præludio 6. num. 12. & Gulielmus Redoanus, de Simonia mentali, p. 1. cap. 16. num. 5. dicentes, quod ultra istos quatuor Patriarchas, alij impropriè Patriarche appellantur.
- 10 Vnde, sicut appellatione Poëta apud Græcos Homerus, & apud Latinos Virgilius venit, sed ius quidem, & ibi glos. verb. Virgilius, instit. de iure naturali: & Nauarr. de de spolis clericorum,

- 11 §.2.num.1. in fin. † Quod est notandum, quia sepè de illis iura mentionem faciunt, ut aduertit Cassianus, in Catalogo gloriae mundi p.10.considerat.45.in versi quin etiam. † Et sicut appellatione Apostoli venit Paulus, ut tetigit Lelius Zecchus, de Romano Pontifice, hæresi prima, in Responsione ad decimum. † Et appellatione dominij venit directum, l.i.s. qui in perpetuum. ff. si ager ve-
14 digalis; † Et appellatione excommunicationis venit excommunicatio maior, c. si quem sub hac forma. de sentent. excommunic.
15 Et † denique, sicut appellatione Cardinalium non veniunt Cardinales Ratiennates, Compostellani, Pifani, & similes, sed tantum Illustrissimi S. R. E. Cardinales: glos. verb. mundi, in cap.1.32.
q.2. Abbas, in cap. accedentes .num.2.& ibi additio; in verb. Cardinales. de præscriptio. Ioannes Väseus, in Chronico Hispanie,
cap. 2.1.vers.Compostellanus. Stephanus de Gaeta, in repet. c.ad limina.30.q.1.in proæmio; num.13. Andreas Gammarius, in Ex-
tranag.Iulij II. de Simoniaca Papæ electione, nu.70. & seq. Ger-
monius, d.lib.3.cap.16.num.13.& seq. & Antonius Scippus, in
Responso, de Birreto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regu-
laribus.nu.3.† Ita etiā Patriarcharū appellatione nō veniunt mi-
niores Patriarchæ, seu Primates: sed tantum quatuor illi summi
Patres, & Patriarchæ prædicti, ut aduertunt gl. verb. Patriarchis,
in additione, in cap.1. §. & quoniam. de statu Regularum, in 6.
vbi Archidiaconus, num.4. & Cassianus, in d. Catalogo, par.4.
considerat.9. verific. alij autem, & probat tex. in cap. Graue, in fi.
de præbend.
17 Hinc † est, quod ijs summis, ac præcipuis Patriarchis, tum in
Cappella Papæ, tum in loco Concilij generalis altior, ac dignior
quam ceteris Patriarchis, seu potius Primatebus sit assignatus, &
constitutus locus, ut pater, in Ceremoniali Romano lib.1.sectio-
ne, 14.c.3. cui titulus est. ordo sedendi in Concilijs, & lib.2.sect.2.
c.1.vers. quatuor verò Patriarchæ.
18 Quinimo, † cù Reges de iure Illustres dicātur, c. nouit. in princ.
de iudicijs. gl.verb. Illustribus, in §. cumq; hoc. in proæmio insti-
tutæ, & in alijs lecis cumulatis à Petro Cenedo, in collectaneis
ad ius Canonicum p.2.collect.109. ad c.intelle&t;.num.1. de iure
19 iurando: † Etiam ijs quatuor Patriarchæ appellantur Illustres, ut
aduertunt post alios, Ias. in 1.1.num.9.& Decius. nu.19.ff. de offic.
20 eius, cui mand. est iurisd. † Cum enim pluribus præsent Provin-
cijs, ut patet, in Authentico, de Ecclesiasticis titulis, ibi, In su-
biectis sibi Provincijs: cum alijs adductis à Gulielmo Redoano,

- 21 de Simonia mentali, p. i. cap. 16. num. 10. ¶ Factum est, quod Regibus æquiparentur, ut obseruariunt expressè, & in terminis Bald. in l. i. §. ijs cunabulis, num. 3. ff. de offic. præfeci prætorio, Gaspar Valascus, in repet. l. Imperium, nu. 100. ff. de iurisd. omn. iud. Card. Iacobatius, in tract. de Concil. lib. 1. art. 1. nu. 137. & seq. Andreas Barbacia, de præstantia Cardinaliū. q. 1. Basilicæ 1. nu. 43. Ias. in d. l. i. num. 9. & ibi Petrus Calefatus, num. 43. Lancellot. Conradus, in Templo omnium iudicum, lib. 2. cap. 3. num. 21. Sebastianus Medices, in tract. de legibus, & statutis, p. i. q. 1. 2. nu. 9. & Iacobus de Nigris, in repet. d. l. i. ff. officio eius, cui mand. est iurisd. num. 16. Vbi auctoritate speculatoris, prædictos quatuor Patriarchas, superillustres etiam appellari, existimat.
- 22 Hinc ¶ cum de iure quatuor tantum Reges inungantur, quia reliqui hoc, vel ex priuilegio, vel ex cōsuetudine habēt: vt aduentunt Petrus Caliefatus in tract. de equestri dignitate, num. 102. & seq. & alij, quos allegat, & sequitur Lancellot. Conrad. in Templo omn. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. iudex est competens. num. 2. merito Illustris ille titulus nō Primitibus, sed quatuor prædictis Patriarchis est assignatus: vt insignioribus etiam Regibus æquiparari videantur: cum ex Patriarchis exierint Reges, vt aduertit Lyra, in c. Paralipomeno, in c. 16. in verb. nolite tangere Christos meos.
- 23 Quid? quod communis, ac recepta fuit olim Doctorum sententia, quæ prædictos quatuor Patriarchas Illustrissimis S. R. E. Cardinalibus præferebat, ut Henricus Cardinalis Hostiensis scripsit, in c. antiqua. de priuileg. quem ibidem Abbas, num. 6. & alij sequuntur. Paulus Orianus, in repet. 1. i. nu. 23. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisd. Philippus Probus, ad Ioannem Monach. in c. statutum. nu. 21. vers. item in sedendo, de rescript. in 6. Ioan. Paul. Lancellotus, in institut. canonica lib. 1. tit. de Episcopis, in §. Patriarchæ sunt, vbi gloss. in verb. locum. Hieronym. Gigas, de residentia Episcoporum, cap. fin. num. 7. & seq. Cassanæus, in d. catalogo, par. 4. consid. 9. vers. alia de ijs. Matthias Hugonius, de præstantia Patriarchali, col. 3. vers. est igitur. Sebastianus Medices, in d. q. 1. 2. num. 3. Tiberius Decianus, in Responso 8. nu. 184. vol. 1. Dominicus Iacobatius Cardinalis, in tract. de Concilio, lib. 1. art. 1. nu. 95. & seq. & Præpositus Mediolanensis (qui etiam Cardinalis fuit) in c. Episcopos, num. 5. dist. 17.
- 24 Vnde ¶ quamvis Cardinalitia dignitas modò altiori loco posita sit, argumento notatorum, in §. aliam. institut. de bonorum possessionibus, quod expresse decreuit Eugenius IIII. vt refe-

runt Cardinalis Iacobatius , de Concilio, lib. i. art. i. num. 252. & Dominus Gabriel Paleottus Cardinalis etiā meritissimus (vnus ex promotoribus in eis ad Doctoratum vtriusque iuris) de sacri Consistorij Consultationibus , in conclusione operis , membr. 5. in princip. vers. ad cuius similitudinem, & in §. 2. incip. consistorii, in fine, præferens Illustrissimos Cardinales, ijs etiam quatuor maximis Patriarchis : Nam cum Cardines terræ sint , merito Deus posuit super eos Orbem, vt solium gloriae teneant, vt tangunt, qui integros de Cardinalibus tractatus scriperunt, & alij, quos allegat Flaminius Parisius , de resign. beneficiorum , lib. 12. q. 4. nu. 6.

25 & 15. † Quod ante Eugenium fenserat (vt mihi videtur) Ioānes Papa 22. in Extrauag. vt prælatorum. in fin. de maioritate, & obedientia, in communib; in illis verbis . Etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel quavis alia dignitate præfulgeat. Nam cum ascendendo, enumeret insignes illas dignitates , innuit etiam, quod verba illa ultima post Patriarchalē scripta , de Cardinalitia dignitate intelligentur, Patriarchalem superante: † Nihilominus tamen, tanta fuit semper apud summos Pontifices horum quatuor Patriarcharum excellentia , quod, vt illam exprimerent, quadam verborum emphasi vterentur , vt patet, in cap. scriptum. de electione, ibi ; Tanto Præfulatu, in c. solitæ. de maiorit. & obed. ibi, Magnum quidem, & honorabile membrum Ecclesiæ. In extrauag. sancta Romana. de electione, ibi, Quantum maioris eminent altitudine dignitatis. In extrauag. fi. in fi. de maior. & obed. ibi: Etiam Patriarchalē dignitate fulgentes , Et in Clem. in plerisq; de electione . vbi Verba illa , Quantacumq; dignitate præpollens , Adinnuendū vnum, ex ijs quatuor Patriarchis scripta fuerunt à Pontifice , vt ibi expendunt glos. verb. Quantacumq; , & Cardinalis Zabarella, q. 16. num. 16.

27 Vnde † nedum illis specialia illa priuilegia concessa sunt , vt à suffraganeis Archiepiscopis pro se professionem canonicā , & pro Romana Ecclesia spousionem obedientiæ recipiant; quod ijsdem suffraganeis Pallium Pontificale largiantur; Quod excepta Urbe, vel vbi fuerit Rōm. Pontifex, vel eius Legatus vtens insignijs Apostolicæ dignitatis , vbiq; locorum faciant ante se deserri Dominicæ Crucis vexillum; & quod ad ipsos (omissis etiam medijs) appellations deserantur: vt habetur, in c. antiqua, de priuileg. vbi DD.

28 & maxime Card. Hostien. num. 4. commendat : † Verumetiam tantu cam dignitatem fecerunt Romani Pontifices, quod Primatū Apostolicæ sedis eo notabili argumento deducant, quod etiam Patriar-

Patriarchales illas Ecclesias comprehendat, vt patet, ex Epistola 1. S. Marcelli Papæ, ad Episcopos Antiochenæ Prouinciarum, in principi-
dum ita habet. *Si vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Ro-
manæ cessit sedi; nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni.* ha-
betur, in cap. Rogamus. 24.q. 1. vbi gl. in verb. sedi, & alij Docto-
res obseruant, & refert Gysfaldus, in decisionibus catholicæ fidei,
verb. Papa, nu. 10. vers. hanc scribit. vt ita appareat, optimè nos
idem argumentum ex dictis Patriarchalibus sedibus prosequi.

- 29 Pro † quo etiam pondero, quod cū Primatus à Domino ante
Passionem suam Petro promissus, dicendo: *Tibi dabo claves re-
gni cœlorum.* Et post Resurrectionem datus, cum dixit. *Pasce
oues meas,* vt habetur, in Euangeliō, Ioan. c. 21. glos. verb. Petrus,
in cap. in nouo Testamento. 21. dist. Michael Aninyon, de vnitate
Ouilibus, & Pastorib⁹, cap. 20. num. 7. & seq. & doctus conualentinus
Blasius Nauarrus, de sacro Ecclesiæ Principatu, lib. 1. c. 9. in vers.
potestas spiritualis: in sacra illa lotione pedum Petri fuerit desi-
gnatus, vt, & alij considerant: † Non tamen tantum tunc pes Pe-
tri supra manum Domini positus fuit, vt soliditatem, ac perpetui-
tatem huius Primatus significaret; cum ex Egyptiorum doctrina,
& Hieroglyphico constet, quod pes sic apparens, soliditatem in-
nuuat; vt Pierius Valerianus annotavit, in Hieroglyphicis lib. 35.
tit, de pedib. in vers. fundamenti: Verumetiā tantu quatuor digiti
sub pede Petri positi fuerūt (vtā cōiter accidētibus fit) pollice su-
pra relīctō; vt in eo Primatū successorū Petri sup̄ quatuor alios di-
gitos, idest quatuor Patriarchas p̄cipemus. Pro qua considera-
tione faciunt ea, q̄ supra de Patriarchalibus Vrbis Ecclesijs rōne
30 Lateranēsis scripsi. Vnde † inter octuaginta Canones Nic. Conc.
ex Arabico habitis, in can. 39. ita habetur. Consideret Patriarcha,
quæ Archiepiscopi, & Episcopi eius in Prouincijs suis faciūt, & si
quid reperiatur, secus quām oporteat, factum mutet, & disponat, vt
sibi videbitur; *Siquidem ipse est pater omnium, & illi filij eius.*
sicque præst Patriarcha ijs omnibus, qui sub potestate eius sunt;
sicut ille, qui tenet sedem Romæ, caput est, & Princeps omnium
Patriarcharum: *Quando quidem ipse est primus, sicut Petrus,*
cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes
populos eorum; ut, qui sit Vicarius Christi Domini nostri super
cunctos populos, & uniuersam Ecclesiā Christianā. Et qui contra
dixerit, à Synodo excommunicetur. Hæc Cōciliū, & refert Alphōsus
Pisanus, lib. 3. in Nicænum Conc. habenturq; in tom. 1. Conciliorū
pag. 554. & iterum, in pag. 584. cum scholio doctissimi Francisci

Turriani

Turriani, ex quibus verbis duo notabilia colliguntur. Primum, Patriarcharum excellentia, cum respectu suorum Archiepiscoporum non fratres, sed patres appellantur; Secundum, maioritas, ac Primatus Rom. Pontificis, qui primus Princeps, & caput dicitur esse omnium Patriarcharum.

32. Illud † verò est obseruandum, quod Romanus Pontifex, nō sic est habendus primus in ordine aliorum quatuor Patriarcharum, sicuti est Constantinopolitanus respectu Alexandrinus; & Alexandrinus respectu Antiocheni, & Antiochenus respectu Hierosolymitani; quia in illo non est sola prælatio ratione loci aliorum Patriarcharum, verum etiam est vera maioritas, supremaque potestas, vt optimè contra hæreticos aduertit Franciscus Turrianus, in scholio, ad d.c. 39. Nicæni Concilij, Lelius Zecchus, in tract. de Romano Pontifice, in hæresi 3. in responso ad 17. & Illustrissimus D. Cardinalis Bellarminius, in tom. 1. controversiarum, controversia. 3.lib. 2.c. 18. vers. argumentum Tertium, & vers. seq.

33. Hic † etiam est verus, ac catholicus sensus Iustiniani Imperatoris, in nouella 131. de Ecclesiasticis Titulis, collat. 9. in princip. in illis verbis; Sanctissimum senioris Romæ Papam, primum esse omnium Sacerdotum. Nam quāmis Dionysius Gottofredus (qui scholia nuper fecit ad totum corpus iuris civilis) verba illa interpretatus fuerit in hunc modum, Primum esse omnium, idest, primum sedere: allegando Julianum, ibidem, num. 507. ita exponentem: Innunt tamen sine dubio dicta verba maioritatem, ac Primatum Pontificis, prout illum ipsdem verbis docuit S. Thomas, contra errores Græcorum, quem allegat Paulus Grysalodus, in decisionibus catholicæ fidei, verb. Papa, num. 1. quod est, pro

34 scholio scholij Dionysij Gottofredi obseruandum. † Sed ad omne dubium circa hoc tollendum, adduntur in d. canone, 39. Nicæni Concilij illa verba; Quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus. Quo fit, vt sicut Petrus Apostolus non tantum prior, sed, & maior, ac superior aliorum in administratione fuit; vt Melchiades Papa ad Episcopos Hispaniæ scripsit, patetque, in c. in novo Testamento. 21. dist. & ideo Albertus Magnus, in Matth. c. 10. super illa verba Primus Simon. ita habet, Primus dignitate non vocatione, vbi etiā Frater Nicolaus de Gorrā ita exponit, Quibus consonat Grysalodus, vbi proxime in verb. Petrus, num. 3. & omnes, qui de potestate Papæ scriperunt; sic eius successor Romanus Pontifex non solum primus, vel prior aliorum quatuor Patriarcharum erit, vt primus sedeat: sed etiam prior, cui, velut superiori omnes obedire teneantur.

Sicut

Sedium erectione, &c. Cap. XVII. 183

- 35 Sicut † enim radij ad Solem , fluuij ad fontem , & rami ad radicem ; sic se habent Patriarchæ ad summum Pontificem , quod ex Beato Cypriano habetur , in c. loquitur . 24. q. 1. & tangit Nauarrus , de spolijs clericorum . §. 2. num. 1. vers. Papa stupor mundi .
- 36 Quinimo † allegando S. Bernardum , pulchre dicebat Bald. in l. re scripta . num. 7. C. de precib. Imper. offeren. quod omnis dignitas , ac potestas , quam habent omnes Patriarchæ simul : habet (ut infra declaro) ipse solus Dominus Papa . quod refert , & sequitur Casianus , in Catalogo gloriae mundi . p. 4. consider. 7. in fi.
- 37 Vnde † Gabriel ille , nonagesimus septimus (secundum suam computationem) Alexandrinus Patriarcha , in legatione , & Epistola obedientiae , missa Sanctiss. D. N. Papæ Clementi Octauo , Dat. Alexandriae . 22. Nouembris . 1593. & lecta Romæ , in sacro Conflitto , die 15. Ianuarij . 1595. latim in principio , eundem D. N. in titulo , & inscriptione Epistola Principem Patriarcharum appellat . Hæc enim sunt eius verba : Tibi Domino patrum patri ; Patriarcharum Principi ; tertiodecimo Apostolorum glorioſi Domini nostri Iesu Christi ; & quinto SS. Evangelistarum : Sancti Petri tri Apostoli successori . Quæ refert Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius (scholium faciens , ad catholicum dictorum verborum sensum) in Annalibus Ecclesiasticis , tom. 6. pag. 691. & seq.
- 38 Hæreticū † est enim , afferere Papam non esse prælatum , ac superiorem ceterorum Patriarcharum , vt in terminis , post S. Thomam contra errores Græcorum aduertit Paulus Grysaldus , in decisionibus catholicæ fidei , verb. Papa . num. 4. & 10. & in verb. Patriarcha .
- 39 Ex † quibus reiiciendus est , ac omnino vitandus impius ille Carolus Molinæus , dum scripsit , quod Romanus Pôtifex nō erat superior aliorum Patriarcharum , prout (illum detestando) refert pius Ramundus Ruffus , in Molinæum , pro Pontifice maximo ,
- 40 sub num. 8. pag. 19. in versic. primatum . † Nam ultra , quod Molinæus homo fuit parum modestus erga sanctæ Apostolicæ sedis maiestatem , vt aduertit Couarruu. lib. 4. resolut. c. 16. num. 8. & in Practicis quæstio. c. 31. num. 2. illumque impium , pertinacem , ac de hæresi suspectum afferit Martinus Nauarrus , in Commentario de vñris , ad c. si fœneraueris . 14. q. 3. num. 8. 10. & 11. Et expresse hæreticum appellat , ac dicit Franciscus Viuius , in lib. 2. viarum communium , in opinione 318. num. 3. & illum denique inter hæreticos primæ classis collocatum videamus , in Indice librorum prohibitorum ; vt sic pateat , quod inimici testimonio fides non

est

- est adhibenda: adhuc tamen in hoc articulo ipse Molinæus, vel ex
 41 inconstantia sua parui faciendus est. † Constat enim, quod in plu-
 ribus locis primatum Romani Pontificis in Patriarchas confessus
 fuit, ut obseruauit idem Ruffus, ubi proxime, sub num. 24. pag.
 263. & seq.
- 42 Verum† tamen ad maiorem huius veritatis elucidationem, sa-
 tisfaciendum est motiuo, quo ductus Molinæus, primatum Papæ
 in Patriarchas negauit. Argumentum ergo sumpsit, ex Pelagi,
 secundi Epistola prima ad omnes Episcopos, qua prohibuit Pa-
 triarchis, se vniuersales appellare, ponderabatque verba illa Epi-
 stolæ, videlicet, *Quia si unus Patriarcha vniuersalis dicitur: Pa-
 triarchæ nomen cæteris derogatur.* Ut habetur in c. nullus Patriar-
 charum. 99. dist. † Sed tantum abest, quod hæc Pelagi Papæ verba
 fundare possint Molinæi opinionem; quod imò illam aperte con-
 fundant, ac destruant: Nec mirum, quod homo in fide cæ-
 cuscus, lumen claræ veritatis in dicta Pontificia dispositione non vi-
 deat; Nam, ut dicebat Princeps Apostolorum Petrus, in Episto-
 la 2 c. 1. *Qui non præsto sunt hæc, cæcus est, & manutentans.*
- 44 Probat† ergo ille idem tex. in d. cap. nullus Patriarcharum; no-
 stram contra Molinæum sententiam: quia cum de Patriarchis lo-
 quatur, non est ad Papam extendendus; qui propriè non est Pa-
 triarcha; sed Princeps Patriarcharum. Vnde quod de ijs negauit
 Pelagius, visus est de Papa concessisse. arg. c. nonne? de præsumpt.
 45 &c. l. cum prætor. ff. de iudic. † Quid? quod et si Romanus Pontifex,
 propriè fit Patriarcha, adhuc sub illo generali sermone nullo mo-
 do se comprehendere voluit Pelagius, iuxta Regulam tex. in l. in-
 quisitio veritatis, C. de fideiisloribus, qua probatur, quod in ge-
 nerali sermone non comprehenditur persona loquentis, quam re-
 gulam exornat Antonius Gabriel, in lib. 6. conclusionum. tit. de
 46 verb. significat. conclus. 9. † Quo fit, ut licet Patriarchæ non pos-
 sint se vniuersales appellare, per d. c. nullus Patriarcharum: id ta-
 men licetè, ac iure poterit summus Pontifex, qui verè vniuersalis
 est, & Princeps Patriarcharum, ut expressè contra Molinæū pro-
 bat ipse Ramundus Russus, in d. nu. 8. vers. primatum, & obseruant
 Dominicus Bannes. 2. 2. q. 1. artic. 10. ad tertium. vers. ad confir-
 mationem. Franciscus Vargas, in tract. de auctor. Pontificis, pro-
 posit. 5. incip. quoniam vero. Antonius Augustinus, in epitome
 veteris iuris Pontificij, p. 1. de personis. lib. 1. tit. 3. per tot. & Illu-
 strissimus Dominus Cardinalis Bellarminius, in tom. 1. contr. 3.
 de Romano Pôtifice. lib. 2. in c. 3. 1. in vers. decimūquintum. ex qui-
 tum

tum ex Ephesino signanter Concilio , tum ex alijs multis sacrorū Conciliorum,& decretorum locis hanc veritatem comprobarūt.

47 Quamvis † enim apud S.Clementem , in lib. 6. Apostolicarum Constitutionum . c. 14. de Episcopis agens, verba illa legantur, videlicet , *Quibus vniuersalis Episcopatus creditus est*: Non sunt tamen, ita ad literam, idest Iudaicè intelligenda (prout in simili dixit glos. in verb. aliquas, in l. damni infecti, la. 1. §. si is qui. si. de damn. infecto, & tetigi, in Flosculo de Clericorum excellen.par. 2. num. 17.) vt innuant, quod omnes Episcopi ita vniuersalem Episcopatum teneat, quod nullus sit, qui ceteris omnibus praesit; sed eum habent verum, ac catholicum sensum, quod cuilibet Episcopo, ita strenue, ac laudabiliter in credita sibi particulari diœcesi laborandum sit; vt ad omnes mundi Ecclesias, gloria Sanctæ gubernationis, & Catholicæ prædicationis lumen, & fructus perueniat, vt optimè cōtra haereticos obseruauit Franciscus Turrianus, in explanatione ad d.c. 14. Clementis, quod etiam facit ad intellectum Epistolæ Sancti Eleutherij Papæ ad Galliæ Provincias, ibi, *Huius rei gratia vniuersalis vobis à Christo Iesu commissa est Ecclesia*. Et Epistolæ Sancti Sixti primi, ad Episcopos Hispaniæ ibi; *Sancta Ecclesia, que per vos regitur*.

48 Notissimum † est enim, reliquos Episcopos in partem solitudinis vocatos esse; ipsum vero Rom. Pontificem in plenitudine potestatis fuisse constitutum. c. ad honorem. de auctoritate, & vsu pallij. extrauag. Vnam sanctam. de maior. & obed. & hoc inuit Cornelius Papa, in Epistola ad Cyprianum in illis verbis, *Vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere*. Ut habetur in tom. 1. Conciliorum, pag. 372. licet haec verba, per Cyprianum, ad Cornelium scripta fuisse, referat Ioan. Fischerus insignis ille Episcopus Roffensis, in confutatione assertionis Lutheranæ, in

49 artic. 25. vers. miror impudentiam tuam. † Vnde in consecratione, seu cathedratione Pontificis, talis solet fieri deprecatio, vide licet, *Tribuas ei Domine Cathedram Pontificalem, ad regendam Ecclesiam tuam, & plebem tuae fortis inter mundi limites vniuersam*. Et refert Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiae, lib. 1. cap. 54. in versic. pro ista iurisdictione. Ordo Romanus. tit. Ordo qualiter ordinetur Romanus Pontifex . versic. tribuas ei. pag. 106.

50 Hinc † etiā est, quod licet alij Episcopi Baculo Pastorali vtanatur, eo tamen non vtitur Rom. Pontifex, vt patet, in c. 1. §. fin. in fine de sacra vocatione. Neque enim fas est, vel cogitare, illum non es-

se Pastorem, quem pastor aeternus non deserens, Pastorem Ecclesiarum suæ præesse voluit; sed, quia Baculi curuatio, in reliquis Episcopis limitatam, ac coarctatam potestatem significat, ideo illo non vtitur Papa; cum potestate habeat vniuersale, vt ex S. Thoma refert, ac cominendat Fœlyn, in Rub. de constit. num. 2. in fin. in vers. Benefacit. Cassanæus, in Catalogo gloriæ mundi par. 1. sub confid. 38. conclus. 6. in vers. mystica verò. Lancellotus Conradus, in Templo omnium iudicium in lib. 2. in c. 1. §. 1. vers. Cruce vtitur. num. 1. & 2. & alij, quos allegat Dominus Anastasius Germonius, de sacrorum immunitatibus, lib. 3. cap. 5. num. 108. & num. 110. & in tract. de Indultis Apostolicis, in §. Episcopus. num. 25. & seq. quæ sunt addenda ad gloss. in verb. historiam, & in verb. mysticā, in d. c. 1. §. fin. in fine, de sacra vñctione.

51 Romano † siquidem Pontifici totus Orbis Diæcesis est. c. cuncta per Mundum. 9. q. 3. Hostien. in summa, de auctor. & vsu Palij, num. 6. vers. speciale ergo. Antonius Burgos, in repet. c. cognoscentes, num. 31 1. de constit. Ludouicus Gomes, in repet. c. 1. num. 34. de constit. in 6. & Dominus Anastasius Germonius, in d. cap. 5. num. 60. & seq.

52 Quo † fit, vt ob hanc vniuersalem in Ecclesia potestatem, concurrat summus Pontifex cum omni prælato. c. si eo tempore . de election. in 6. vbi Ioan. Monachus, num. 1. & Philippus Probus, ad illum, in num. 4. Bald. in tit. quis datur dux, vel Marchio, nu. 1. in Vñibus feudorum, & Ias. in l. rescripta. num. 4. C. de præcib. Im-

53 perat. offeren. † Quinnimo nedum concurrit Papa, sed, & præcurrit, quia multa in singulorum diæcessibus potest; quæ ipsi non possunt diæcesani, vt declarat insignis ille iuris consultissimus Dominus Silvester Aldobrandinus, in cons. 1. num. 159. & contra Dominicanum Soto, & Franciscum à Victoria magnis argumentis probauit doctissimus Theologus Blasius Nauarro Conualentinus, de Sacro Ecclesiæ Principatu. lib. 2. cap. 12. in vers. qua si vera sunt.

54 Vnde † Cauendum est etiam, ab à Steph. de Gaeta, in repet. c. ad limina 30. q. 1. in princ. num. 6. dicente, quod Episcopi pare potestatem habent cum Papa, & à Ludouico Gomes, in repet. d. cap. 1. num. 33. de constit. in 6. dicente, Episcopum in suo Episcopate

55 tu Papam esse. † Neque enim (vt alia omittam) ita in propria diæcesi potest Episcopus aliquem in sanctum declarare, seu canonizare, sicut potest Papa in vniuerso Orbe. c. 1. de reliquijs, & ve-

56 nerat. sanctorum, gl. verb. sedis Apostolæ in c. 1. eod. in 6. † Nam licet in domo sua, quilibet dicatur Rex, & Imperator, vt est in

Adagio

- Adagio Manutij, Domui sue quilibet Rex; Hoc tamen impropriè est, & abusuè intelligendum. c.duo ista. 23.q. 4. Abb. in c. venerabilem.num. 19.de electione. † Vnde quamuis Rex, vel Imperator crima morte digna (quæ ex Gulielmo Boni cumulauit Iulius Clarus, in tract. S.fin.q. 68.) morte puniant naturali, iuxta not. in 58 l.Imperium.ff.de iurisd. omn. indic. † tamen pater , vel dominus id impune facere non posseint, in criminibus à familijs suis perpetratis .S. sed , & maior asperitas. institut. de his qui sunt sui , vel alien. iuris.l. in suis , in fine , ff. de liber. & posthum. vbi glos. in verb. licebat, & in l.fin.C.de patr. potest.in gloss. permissa. Modicā enim illis tātum coercionē concesserunt iura.in l. 1. C.de emend. propinquo. & in l. 1. C.de emendat.seruorum. Quare benē probatur ipsius Romani Pontificis vniuersalis potestas, quæ ad maiora in Orbe se extēdit, quam illa Episcoporum in suis Episcopatibus . 59 Hinc † fit, quod cum Papa super omnes est , ideo summus Pontifex appellatur, vt Gaeta.in d.c.ad limina, in proæmio. num. 8. & Ludouicus Gomes.in d.c. 1.num. 16.& seq.aduertunt.
- 60 Neque † ijs obstat Carthaginense Conciliū, in quo Episcopus etiam prima sedis non potest summus Sacerdos appellari, vt patet, in c. primæ sedis. 99.dist.quia tex. ille primates tātū, & Patriarchas ligare potuit; non vero Rom. Pontificem, vt aduertit Cardinalis Dominicus Iacobatius, de Concilio. lib. 10. art. 7. num. 258. Ramundus Ruffus, in Molinæū pro Pontifice Maximo, sub nu. 14. pag. 74. vers. diffinitum . & Dominus Anastasius Germonius , de
- 61 Indultis Apostolicis, in S. Episcopus . num. 21.& seq. † Imo decisiō huius Concilij non fuit semper etiam circa Episcopos vsu recepta. Inter alia enim eorum epitheta, de quibus agit Iacobus Simeucas, in tract. de dignitate Episcop. c. 8. & 9. s̄pē fuerunt Summi Sacerdotes appellati, vt patet, in Concilio Aurelianense, 1. in c. 3. in Cōc. Taurinatense, c. 1. & in alijs à me cumulatis, in Allegatione illa, quam occasione patrij Valentini Concilij Prouincialis ad sacram Congregationem Concilij superioribus annis , ex Valentina patria misi, vt supra dicebam . Et nedum summi Sacerdotes dicti fuerunt Episcopi , quando plures in vnum locum congregabantur , vt ponderauit Ruffus, vbi supra, sub num. 26. pag. 291. in vers. equidem; Verum etiam quilibet in singulari numero ita poterat appellari , vt sentit Innocent. III. in c. 1. in S. per frontis.
- 62 de sacra Vnctione. † Quicquid tamen fuerit , nunc soli Romani Pontifices , summi Sacerdotes appellantur , vt tradit Ludouicus Gomes, in d.c. 1.nu. 16. & seq. & satis innuit Trid. Concil. sess. 14.

c.7.de casuum reseruatione, ibi ; *Non à quibusvis, sed à summis dum taxat Sacerdotibus absolueretur. Vnde merito Pōtifices Maximi pro supraēta poteſtate ſibi in uniuersa Eccleſia tradita. &c.* Quo loco , etiam apertē probatur Romani Pontificis in omnes vniuersalis potestas .

63 Ad † hanc etiam in omnes , signanter vero in quatuor Patriarchas Romani Pontificis auctoritatem , & potestatē ostendendā , notabiliter facere videtur , quidā Rom. Curiæ stylus . Cuim enim , quicunque ſive clerici , ſive laici : in supplicationibus S. D. N. Papæ offerendis , Deuoti Papæ Oratores dicantur , forſan iuxta illud Marci.cap.11.ibi. *Quæcunque orantes petitis , credite, quia accipietis, & euenient vobis:* vt aduertit Petrus Rebuffus , in Praxi beneficiali.p.1.tit.forma ſignaturæ in verb.orator; tamē insigniores Antiftites , Epifcopi ſcilicet , Archiepifcopi , Primates , & Patriarchæ non ſic appellantur , quando Pontifici maximo , qui eos instituit , supplications offerunt , ſed deuotæ Papæ Creaturæ dicuntur , vt obferuat Quintilianus Mādos. in Praxi commissionum , Forma 3.in verb. Creaturæ veſtræ .

64 Et † quāmvis vir iſte doctissimus stylum hunc introductū fuifſe dicat , ad inſinuandā dictorum Antiftitum nouam acquisitam dignitatē , quaſi ex ea noui homines effecti videantur , per iura , quæ ibi allegat , dicens , hoc aliquando feciſſe ſibi honorem , apud magnum quendam Antiftitem : Ego tamen prædictum stylum , pro honore ſummi Pōtificis , & primatu illius in omnes , & signanter in quatuor præcipuos Patriarchas cognoscendo : introductū fuifſe , confidero .

65 Sicut † enim inuifibilis Dei per ea , quæ facta ſunt , intellecta , conſpiciuntur , ex Apostolo ad Romanos , c. 1. ſic per has insigniores creaturas , quas (licet propriè creare , ſoliuſit Dei , & nulli communicabile , vt tetigit Pelagius , de Planctu Eccleſia , lib.1. c.51. in verſ.cōſequenter) ipſe Pontifex creare dicitur . c.1. diſt.22. & Concilium Tridentinum ſtatiuſ allegandum , illius magnalia . (quæ aliās quaſi incōprehensibilia ſunt , vt tetigit Ludouicus Go- mes , in c.1.nuim.28. de conſt.in 6. & Cucchus , in Institutionibus Maioribus , lib.2.tit.2. de ſummo Pontifice , num.5. & 6.) cognoscantur . Et ſicut Moysi (cui non licuit eſſentiam Dei videre) dixit Dominus , *Posteriora mea videbis ,* Exodi.c.33.hoc eſt Creaturas , & effectus meos in illis , vt ſacri DD.exponūt; ſicutq; in Chriſto Iefu neque circunciſio aliquid valet , neque præputium , ſed noua Creatura; vt habetur , ad Galata s. c.6.in fine: ita prædictus

Curiæ

Curiæ stylus immuere voluit, quod nihil sit in quibuscumque Ecclesiæ prælatis, quo ad Christum laudabile; nisi in quantum se Romani Pontificis creaturas esse, profitentur, ut tetigit Aluarus Pelagius, de Planctu Ecclesiæ lib. 1. c. 24. Præcipuis siquidem, & insignioribus Ecclesiæ Antistibus respectu summi Pontificis, optimè verba illa Iacobi Apostoli, in c. 1. congruere videntur, videlicet, voluntaria genuit nos verbo veritatis, ut simus initium alii
 66 quod creature eius. † Vnde manifeste apparet, prædictum Curiæ stylum maxime esse obseruandum, iuxta ea, quæ notantur, in c. quam graui. de criminе falso. & per Fælyn. in c. 2. num. 16. & seq. de rescripto Ariam Pinellum, in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. num. 2. & latè Rebustum, in tomo 3. ad leges Gallicas, tract. de
 67 consuetud. art. 2. glof. 3. in verb. styles: † Vt cumque in eo strictissima debeat fieri interpretatio, ut ex multis resoluit Domin. Flaminius Parisius, de resign. beneficiorum lib. 3. q. fin. num. 76. & seq.
 68 Quo † fit, vt licet doctissimus Card. Gabriel Pajattus (cuius scripta ferunt secum laudem suam, teste Illustrissimo Cardinale Baronio, in Annalibus, tom. 6. sub Anno Christi. 506. pag. 574. in vers. quod autem) afferat, Illustrissimos Dominos Cardinales minus congruo vocabulo appellari Papæ Creaturas, iuxta prædictū Curiæ stylum, vt habet, de sacri Consistorij Consultationibus,
 69 p. 3. q. 1. in vers. prima est. & in vers. non obstat: † Nihilominus tamen, congruentius (parcat vir grauissimus) ijdem Illustrissimi Patres, ob insignē creationem suam factam à Papa, iuxta Conc. Trident. less. 24. de reform. cap. 1. circa fin. ibi, *Etiam in creatione.* S. R. E. Cardinalium, eo stylo videntur, cum alijs Ecclesiæ Antistibus præferantur, iuxta interpretationem Mandosij. vt sicut dignitate cæteros omnes præcedunt, sic insignem in Rom. Pontificem obedientiam propensius manifestent, iuxta ea, quæ de Purpureo colore, ob Charitatis perfectionē illis, ab Innocentio IIII. assignato, ex Roberto Guanguino, in lib. 7. Annalium Francorū, aduertit Dñs Nicolaus Angelius, in Respolo, incip. V fus purpuræ, num. 5. quod est octauum, ex illis cumulatis ab Antonio Scappo, in libello, de Birreto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus, & allegando Augustinum de Ancona tradit Paulus Gryfaldus, in decisionibus catholicae fidei, verb. Cardinalis, num. 10. & 11. Ex quibus omnibus, vniuersalis summi Pontificis Primatus apparet, quem insigniores Ecclesiæ Antistites, ad Creatoris similitudinē venerātur; quicquid Molinæus vbi supra cōtrarium dixerit, per d. c. nullus Patriarcharū, cui iā fuit plenissimè satisfactum.

Neque

- 70 Neque † pro Molineo facit, quod sanctissimus ille Papa Grecius noluerit se vniuersalem appellare, & titulum illum, ab Alexandrino Patriarcha sibi scriptum repulcerit, vt ex eius Epistola constat, de qua in c. ecce. 99. dist. Nam, vt titulum illum (alias de iure sibi debitum) tunc non admitteret Gregorius, hæc signanter laudabiliter mouere, potuerunt; Primo, quia licet aliquando laici Principes, noluerint se Dominos appellare, vt ex Suetonio aduertit Ludouicus Gomes, in repet. cap. 1. num. 41. in fin. de constitut. in 6. tamen tunc temporis titulus ille vniuersalitatis superbus erat, & hominum malitia factus profanus: eoque laici Principes vtebantur, vt in terminis expendit Ramundus Russus, in Molinæum pro Pontifice Maximo, sub num. 8. p. 27. in vers. vii autem, & Ioannes Fischerus Roffensis Episcopus, in confutatione assertionis Lutherana art. 25. vers. miror impudentiam tuam. Vnde nihil mirum, quod qui moribus, & non verbis prosperari desiderabat, si superbum tuum titulum illum repulisset.
- 71 Fuit enim Gregorius insignis humilitatis professor. Ad occursum namque cuiusdam Ioannis Abbatis, primus se humili prostrauit; in se autem eriendo, ultimus fuit, vt Pratum spirituale Sophronij, in c. 151. meritò commendauit. † Præterea primus fuit, qui notabilem illam humilitatis clausulam, in Ecclesiā introduxit, qua Romanus Pontifex seruus seruorum appellatur, vt aduentunt glos. verb. seruus, in proæmio Decretalium. & alia similis, in proæmio sexti. Aluarus Pelagius, de Plantæ Ecclesiæ, lib. 2. c. 13. vers. iste Gregorius, & Andreas Gammarus, in extrauag. Iulij II. de Simoniaca Papæ electione, in verb. Iulius. num. 10. & in terminis, quod dictus Gregorius ob humilitatem noluerit tunc vniuersalis appellari, Catholici omnes profitentur, referuntque Doctores superius num. 46. allegati.
- 73 Secundo † moueri potuit, vt nollet tunc Gregorius vniuersalis appellari, ne aliquis deciperetur, existimans, quod immediatè vnicuique sic præcesset cijitatib., & dioecesi, includeretque in se omnes Episcopos; quasi nihil ad alias de Ecclesia Domini pertineret; Nam isto modo Papa non est vniuersalis, vt aduentunt Aluarus Pelagius, vbi supra, lib. 1. c. 54. post medium. vers. secūdo Ecclesiæ. Anastasius Germonius, de Sacrorum immunitatibus. lib. 3. cap. 5. num. 84. Rodulphus Cupers, de sacrosanct. Eccles. ad c. oportebat. 79. dist. in §. dicitur autem Ecclesia. num. 12. Paulus Grysalodus, in decisionibus Catholicæ fidei, verb. Papa, num. 3. in Responione ad Nonam obiectionem. Illustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminius,

minius, tom. 1. controuer. 3. lib. 2. cap. 3 1. vers. Respondeo duobus modis, & ex Innoc. III. ita etiam obseruarunt Decreti Gratiani emendatores, in scholio ad d. c. ecce. 99. distinct. Quo fit, ut nullo modo superiora obstent, quin Papa verè vniuersalís Ecclesiarum Pastor dicatur, sitque superior aliorum quatuor Patriarcharum, rejecta contraria illa, ac hæretica Molinæi propositione.

- 74 Sed † remanet adhuc ex Nicæno Concil 1. in canone 6. alias 8. soluenda difficultas, qua multorum Doctorum torquentur ingenia. Quomodo videlicet, Alexandrinus Patriarcha parilem cum Romano Pontifice potestatem dicatur habere, iuxta dictū Concilium, ut habetur, in c. mos antiquus. 65. dist. in illis verbis. *Vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem, & Episcopo Romano parilis mos est.* In tacitam enim consequentiam inferri videretur, Romanum Pontificem potestatem in Alexandrinum Patriarcham non habere; cum par, in parrem non habeat Imperium, iuribus vulgatis. † Horum enim verborum difficultatem nesciens aliter evadere glos. ibidem in verb. parilis, dicebat, quod verba illa non de Romano Pontifice, sed de Constantinopolitano Patriarcha erant intelligenda; quia aliquando ipse venit appellatione Romani. c. sane proferitur, in §. Romanorum. 24. quæst. 2. vbi glo. in verbo, Romanorum, exponit, idest Constantinopolitanorum. Pro cuius expositione, facit tex. in l. 1. §. sed et si quæ. C. de vetere iure enucleando, in illis verbis, *Romanam autem intelligendum est, non solum veterem, sed etiam Regiam nostram.* & tetigi supra, ut sit sensus Concilij, Alexandrinum Patriarcham parem esse cum Constantinopolitano, non autem cum Romano. Et hunc meliorem, ac planiorem dictorum verborum intellectum esse; posessus est Hugo antiquus Doctor, ut refert glossella marginalis, in d. c. mos antiquus. 65. dist.
- 75 Sed † tamen, licet hæc expositio in eo placere posset, quod in essentia Patriarchali parem faciat Constantinopolitanum cum Alexandrino; contra illum etiam Concionatorem, qui huic suscipienda disputationi occasionem dedit: tamen Nicænum illud Concilium, non potest de Constantinopolitano Patriarcha intelligi, cum eo tempore, nec Constantinopolis ciuitas esset aedificata, ut ex Beato Hieronymo in Chronico constat. Quare alia est dictæ obiectioni danda solutio.
- 77 Franciscus † autem Torrens, in tract. de potest. Papæ, lib. 3. pag. 112. in vers. videamus ergo, dicebat, quod illa verba, *Quandoquidem, & Episcopo Romano parilis mos est:* Adiecta, ac supposita.

- posita fuerint ab hæreticis clanculum, ac dolosè, & quod ideo
nullo modo ex Nicæno Concilio Alexandrinii Patriarchæ parili-
tas, cum Romano Pontifice comprobari poterat. ¶ Iuuat autem
78 haec Frâcisci Torreus speculationem Bartholomeus Carranca,
in summa parua Conciliorum, in scholio ad dictum Canonæ sex-
tum Nicæni Cœcilij, dicens, quod facta per ipsum Romæ diligen-
ti, ac laboriosa inuestigatione circa dicta verba Concilij, repe-
rit vetustissimum Codicem Latinum Marcelli Cardinalis sanctæ
Crucis, vbi loco dictorum verborum, ita legebatur, videlicet.
Quoniam quidem Metropolitano Episcopo hoc idem moris est.
- 79 Sed † tamen Raimundus Russus (vir in iure nostro doctus, ac di-
ligens) in Molinæum pro Pontifice Maximo sub num. 8. pag. 66.
in vers. sed videamus, expresse confitetur, quod licet in Græcis
Codicibus Nicæni Concilij non legantur verba illa, ut supra reci-
tata sunt; habentur tamen in hunc modum, videlicet, *Quando-*
quidem, & Romanus Episcopus hoc consueuit. Et in hoc sensu
concordant doctissimi Decréti Gratiani emendatores, ad d. cap.
mos antiquus. 65. dist. in scholio in verb. parilis. dicentes, in Græ-
co Codice ita legi, videlicet, *Quoniam, & Rome Pontifici hoc*
vstatum est. Vnde optimè inferunt, quod ex verbis Nicæni Con-
cilij, nulla colligi potest æqualitas Alexandrinii Patriarchæ, cum
Romano Pontifice. In cuius rei confirmationem adducunt verba
Nicolai Papæ primi, in Epistola ad Michaelë Imperatorem, om-
80 nino videnda. † Addit autem, & Raimundus Russus vbi proximè
,, satis aptam similitudinem, dicens, Nam sicut Rex quamvis com-
,, medat, viuat, ac moriatur sicut coeteri homines, nihilominus
,, eorum superior est: Sic etiam, licet Alexandrinus, & alij Patriar-
,, chæ aliqua habeant cum Romano Pontifice communia; non ta-
,, men in suprema potestate, ac primatu. Non enim sequitur, mi-
nor in sua Provincia morem maioris seruat, ergo illi par est,
& æqualis: Imo, quia de iure morem, ac stylum alterius seruare
tenetur (cum non deceat, membra à capite dissidere. c. 1. dist. 12.)
ex eo ipso colligitur, quod superiorem recognoscat, argum. c. in-
stitutioni Missarum. de consecrat. dist. 2. & aduertit etiam in termi-
nis Anastasius Germonius, de Sacrorum immunitatib. lib. 3. c. 5.
num. 60. & seq.
- 81 Sed † neque Constantinopolitanus Patriarcha, qui primum in-
ter dictos quatuor Patriarchas locum obtinet, hanc paritatem cū
Romano Pontifice iure prætendere potuit, licet apud Nicephoru
Calixtum, lib. 12. Ecclesiastice historiæ, in c. 13. verba illa legan-
tur,

- , tur, vnde licet; Romane, & Constantinopolitana Ecclesia paria
 , esse, & dignitatis premia, & honorum iura. Nunquam enim potuit, vel poterit Constantinopolitana equari Romane, sed semper illi inferior fuit, ac subdita in posterum erit, ut optimè probat Illustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminius, tom. i. con-
 trouers. 3. lib. 2. c. 18. vers. argumentum secundum, cum vers. seq.
- 82 Vnde licet Mater Ecclesiarum sit appellata, vt & supra cap. 10.
 num. 4. tetigi, intelligendum est, ratione Ecclesiarum Orientis, vt optimè quoque aduertit Illustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminius, in Annalibus Ecclesiasticis tom. 7. sub anno Christi 334. in
 vers. dum ergo pag. 203. vt in omnibus salua sit Romane Ecclesia
 auctoritas, iuxta Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 21. cum alijs, &
 à Francisco Gratiano cumulatis, in Compendio iuris canonici p. 1. dist. 6. de sede Apostolica.
- 83 Hinc † Constantinopolitanus Patriarcha non dicitur nauem Ecclesie, sed tantum eius scapham gubernare, vt ex eodem N. caphorō constat, referente cuiusdam Constantinopolitani Imperatoris verba, quæ habetur, in tomo 1. Cœciliorum, pag. 728. in §.
- 84 cœterum in vers. interea Imperator. † Ut sic etiam constet, quod sicut scapha, quadam minor nauis est, respectu maioris, l. fin. de fundo instricto. l. Scapham. ff. de euictionibus: ita coarctata intelligatur Constantinopolitanus Patriarcha, respectu Rom. Pontificis potestas. † Ipsi namque Christi Vicario, & Petri successori concessum est, & nauem Ecclesie gubernare, & in altum ducere: sicut Petro dixerat Dominus, vt patet Lucæ, c. 5. & habetur, in c. non turbatur nauis. 24. q. 1. Ut sic graviora vniuersalis Ecclesie negotia illi censerentur commissa, iuxta not. in c. maiores. de Baptismo. & tetigit Iacobus Simancas, de Catholicis Institutionibus. c. 44. num. 1. in fine.
- 85 Quamuis † enim aliquando Ecclesia vniuersalis nauicula fuerit appellata, vt patet, Mathæi, c. 18. ibi, vt Nauicula operiretur
- 86 *fluctibus*; nunquam tamen dicta fuit scapha. † Sed, & nauicula tunc dicta fuit, nedum, quia appellatione nauis, omnia nauigiorum genera continentur, vt probat Benvenutus Stracca, in tract. de Mercatura. tit. de nauibus. p. 1. num. 2. Sed, & propter exiguum electorum numerum, facta comparatione reproborum, sicut, & apud Lucanum, in cap. 12. dicitur, *pūsillus Grex*, vt exponunt sacri Doctores, maxime venerabilis Beda, cuius locum habes in Bre-
- 87 ariado, in communi Confessoris non Pontificis. † Proprie tamen Ecclesia sancta nauis magnæ comparatur, vt habetur, in Epist. 1.

Clementis ad Iacobum fratrem Domini, in colum. 6. in vers. similiis namque. à quo accepit S. Anacletus Papa, in Epistola i. col. 2. vers. nam, vt ait, et tetigit Rodulphus Cupers, in tract. de sacros. Ecclesia, ad c. oportebat: 79. dist. in S. Inre diuino, num. 67. pag. 53. Quam nauem Romanus Pontifex gubernat, qui in plenitudinem potestatis est constitutus. iuxta prædicta.

39. Quod, † & Constantinopolitani Imperatores censerunt, dum V. Sanctissimi Romani Pontificis pedes osculabantur, qui ad eorum pedes Constantinopolitanum Patriarchā sedere, illisq; ministrare cogebant: vt aduertit dignissimus Oriolen. Episcopus Dñs Iosephus Stephanus Conualentinus, de Adoratione pedum Romanis Pontificis in c. 8. in princ. † Ex quibus optimè Romani Pontificis Primate suscepit ostendere, ex eo, quod super quatuor principias orbis Patriarchales sedes appareat constitutum; vel exemplo S. Marcelli Pape, qui idem ex sola Antiocheno Ecclesia, quia subiecta erat Romanæ, deducebat, vt patet, in c. rogamus. 24. quæst. 1. & tetigi supra cod. num. 28.

Caput Decimum octauum.

De eodem Papæ Primatu agitur, ex eo etiam deducendo tempore, quo quatuor Patriarchæ in Patriarchalibus illis sedibus inobedientes, ac Rebelles fuerunt in Romanam Sedem: Noueq; ac notabiliter ad hoc interpretantur notissimæ illæ litteræ quatuor Romanae. S.P.Q.R.

S V M M A R I V M.

- 1 Natura nouas deproperat edere formas.
- 2 Fœminæ notatae, quod exercere voluerint ea, quæ sunt sacri Ordinis. & num. seq.
- 3 Inscriptio c. noua, de pœnitentia restituta, in honorem Valentinarum Monialium.
- 4 Anglicus praesens status deplorandus.
- 5 Pepuliani heretici fœminis committebant officia presbyterorum.
- 6 Fœmina electa fuit Constantinopoli in Patriarcham.
- 7 Andreas Tiraquellus reprehensus, in opinione de fœmina Romæ electa in Pontificem,

8 Christus

- 8 Christus non commisit Matris sue claves Ecclesiae.
 9 Quod non est verisimile, est inimicum naturae.
 10 Equus semel Ioanni Papae seruiens, semper postea repulit fæminam Dominam suam apud Corinthum.
 11 Fæmina nunquam sedit Roma, ut Pontifex.
 12 Platina in teturum carcerem injectus fuit à Paulo II.
 13 Antonius Rosellus notatur, quod aliqua liberè scripserit.
 14 Abbas Panormitanus notatur ab aliquibus.
 15 Petrus Ferrariensis notatur, quod liberè scripserit.
 16 Papa quare in sede forata collocetur, post electionem?
 17 Stupa ante Papam accensa in die Coronationis sue, quid denotet?
 18 Constantinopolis fuit appellata noua Roma.
 19 Euangeliorum codici, & Imagini Christi aequalis reuerentia debetur.
 20 Euangeliū in Ecclesia stando audiendum est, & cum magna reuerentia.
 21 Mediolani fæminis sedere permisum est, ex Mediolanensi Concilium Euangeliū cantatur.
 22 Populus olim stans Concio[n]es audiebat.
 23 Alexandrinus Patriarcha sedebat, dum Euangeliū in Missa legebatur.
 24 c. Apostolica, de consecrat. dijst. i. declaratur.
 25 Alexandrinorum error circa suum Patriarcham.
 26 Papa non potest alterum Papam sibi coæqualem constituere.
 27 Timothei Alexandrini Patriarchæ insolentia, in Pontificem Romanum, & Prelatos Chalcedonensis Concilij.
 28 Legati sunt conseruandi illæsi.
 29 Paulus Constantinopolitanus Patriarcha iniurijs affecit legatos sedis Apostolice.
 30 Poena contra impedientem legatum Apostolice sedis.
 31 Iohannes Constantinopolitanus Patriarcha presumpcit generale Concilium congregare.
 32 Constantinopoli Patriarchæ voluerunt de primatu contendere cum Romano Pontifice.
 33 In quatuor Patriarchalibus sedibus, Constantinopol. Alexand. Antioch. & Hierosolym. sederunt aliquando hæretici, & heriarchæ.
 34 Lucifer thronum suum super sydera in Oriente posuit.
 35 Patriarcharum excessus sedibus Patriarchalibus nocere non debent. & num. 49.

19621 De Verā Quatuor Patriarchalium

- 36 Impium est, manū negare conuerſis. Cyprianus non infirmus.
 37 Emendatus non obſtantē priore lapsu, potest esse Episcopus.
 38 Emendatus potest esse Cardinalis, & Papa.
 39 Lapsi fortiores resurgunt plerunque.
 40 Eligendus an magis sit, qui nunquam peccauit, an, qui post peccatum recte pœnituit?
 41 Gaudium in cœlo fit, de pœnitentia peccatoris Christi verba notabilia ad Beatum Carpum, pro amore hominum. ibidem.
 42 Per triennium bonam vitam agens, præſumptionem ex fraterito delicto excludit.
 43 Pœna perpetui carceris ſolet remitti illi, qui per triennium inclusiſus, verè pœnitens apparuit.
 44 Alteri per alterum non debet conditio iniqua inferri.
 45 Iude Iscariotis proditio Apóstolico Collegio nocere non debuit.
 46 Res non delinquunt, ſed qui res poffident.
 47 Dignitas peccare non potest, ſed qui dignitatem habet.
 48 Patriarchales ſedes ſemper detuliffe Romane, quo accipientiū ſit
 49 Hydriæ quatuor Aquæ, qua ſuper Holocaustum Prophecia Eliae
 50 versæ fuerunt, magis gloria ſum fecerunt illius ſacrificium.
 51 Romani Pontifices punierunt pro tempore Patriarcharum excessus.
 52 Statua ſalis fuit ſodomis in memoriam peccati relitta.
 53 Coniectura occaſionis cuiusdam Flyli Curie ſpeculatur.
 54 S. P. Q. R. quid hæ litera ſignificant. & num. seq.
 55 Sibilla Cumana in principio librorum ſuorum poſuit illas literas
 56 quatuor, S. P. Q. R.
 57 Sibilla de Domino noſtro Iefu Christo prophetarunt etiam.
 58 Syry populi vocantur, non Aſſyrii.
 59 Siculi, ac Sabini arrogantes aliquando in inclytam Romam.
 60 Roma quare utatur quatuor illis literis S. P. Q. R.
 61 Inuenta, inueniendis non obſtant.
 62 Dolium vertere, Adagium.
 63 Quatuor illæ literæ, S. P. Q. R. Primatii Papæ, in quatuor Patriarchas declarant, ex noua ponderatione. & num. 65.
 64 Lucifer voluit eſſe ſimiſis Altissimo.
 65 Myſtica alicuius notabilis rei significatio, ſummè eſt obſeruanda.

Verum, † quia humani iuriſ conditio ſemper decurrens, nihil
 perpetuum ſtarre ſinit, naturaque nouas deproperat edere
 formas

formas; ut Imperator dicebat, in l.2. I. sed quia diuinæ. C. de veteri iure enucleando: ex temporum varietate, rerumque vicissitudine talia in ipso quoq; insignium quatuor Patriarchalium sediū statu (sic permittente Domino) contigerunt (ut statim videbimus) quod vel ex ipsis solis, plene quis intelligere possit, quanta (ut habetur in Psalmo 73.) malignatus sit inimicus in sancto. Sed, & suscepti nostri munera erit, ex ijsdem lachrimabilibus factis, in dictis Patriarchalibus sedibus occursis, nedum veram Patriarchalem dignitate in, & gloriosam eius quadruplicem significationem defendere: Verumetiam Romani Pontificis auctoritatem, eiusdemq; Apostolicæ sedis præminentiam super illas quatuor deducere.

- 2 In † primis autem memoria recolendum esse, duxi, id, quod de certis mulieribus scripsérat S Clemens Papa, in lib. 3. Apostolica rum Constitutionum, in c.9. dicens, quod, quæ sacris Ordinibus sunt annexa, contra Diuinam, & Ecclesiasticam constitutionem,
- 3 ausæ fuerant exercere. † Et Innocentius III. in Moniales illas inuehit, quæ non verebantur, pœnitentia sacramentum ministrare, ut in c. noua, de pœnit. & Remissionibus scripsit Burgensi Episcopo, & Palentino Sic autem legendum esē, non autem Valentino; ibi modo aduertit marginale scholium, quod, & ego hic aduerte re cogor, in honorem Valentinarum Monialium, & maxime ob religiosam sororem meam charissimam Margaritam Paulam Lopis, quæ quadraginta ferè annis in insigni Sanctæ Trinitatis Monasterio Valentia Ordinem S. Francisci professa, à Generali eiusdem Ordinis, accidente Ordinarij, ac D. Regis assensu, ad reformandum Monasterium quoddā eiusdem Ordinis, sed diuersæ prouinciæ, in Vicariam electa fuit. † Sed, vt ad superiora redeam, idem, quod Clemens, & Innocentius statuerunt vbi supra, prosequutum est Parisiense Concilium, in lib. 1. c. 45. in tom. 3. Conciliorum. pag. 793. & multo antea Laodicænum Cōciliū, de quo, in c. fin. 32. distinct cum alijs, quæ tradit Alphonsus Viualdus, in appendice ad candelabrum aureum, in cap. 3. num. 2. Misereq; experitur infelix Anglicus status, caput Ecclesiæ credens Elisabetham suam Reginam, vt dolenter meminit Nicolaus Sanderus, in schismate Anglicana in lib. 3. tit. de Elisabethæ Regno, in vers.
- 5 Paulo igitur, cū seq. † Quinimo apud Pepulianos hereticos Praesbyterorum, & Episcoporum officia mulieres exercuisse; post Beatum Epiphanium aduertit Paulus Gryfaldus, in decisionibus Catholicæ fidei, in verb. mulier. num. 7.

oup

Simile

- 6 Simile † autem miserabile factum Constantinopoli accidit, vbi abominatio in loco sancto visa fuit, quædam scilicet mulier in Patriarchali illa sede collocata, vt apertis testimonij probat Ilustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminius, tom. i. cōtrouerſia 3. lib. 3. c. 24. in versic. tertio probatur. Quod etiam ante quingentos annos Græcis obiecerat Roman. Pontifex Leo IX. vt patet, in eius Epistola. ad Michaelem, & Acridanum Constantopolitanos Antistites. in c. 23.
- 7 Ex † huius verò solius Romani Pontificis testimonio conuincuntur Platina, Sabellus, & eos sequutus Lancellotus conradus, in Templo omnium iudicum. lib. 2. c. 1. ſ. 2. q. 4. num. 10. & Tiraquellus; qui in lege Connub. 11. in litera G. versic. Gilberta. ausus fuit scribere, Gilbertam Anglicam fœminam (que librum de Necromantia fecerat) sub nomine Ioannis fuisse electam Romæ in sumnum Pontificem. Non enim verisimile est, quod Græcis auderet exprobare illud Romanus Pontifex Leo, si verè Romæ simile contigisset. † Præterea nec verisimile est, quod Christus, qui Mariæ Virgini matri suæ sanctissimæ Pontificatum, vel claves Ecclesiæ non commisit; vt patet, ex dicto c. noua. de poenit. & remissio. voluit postea illum, vel illas per Necromanticam illam fœminam gubernari. † At quod non est verisimile inimicum naturæ est, & falsitatis imago. c. quia verisimile. de præsumptio. cum alijs, quæ in simili aduertunt Aymon Crauetta, in consil. 9. num. 35. vol. 1. & conf. 258. num. 18. & seq. vol. 2. latè idem Tiraquell. in l. si unquam. C. de reuoc. donat. in præfatione. num. 37. & seq. & pulchre Quintilianus Mandosius, in regula Cancellariae 30. de Verisimili notitia obitus, in præfatione, & in proprijs terminis ponderauit Lelius Zecchus, in tom. de Romano Pontifice, hæresi 4. in responsione ad vltimum. in vers. ad id de Ioanne Papa.
- 10 Quinimo † notabili quodam signo (licet ad hoc ponderatum non legerim) ostendere voluit Dominus, Romanam sedem nunquam per fœminam gubernandam fuisse; ex eo videlicet, quod in personam Rom. Pontificis Ioannis primi apud Corinthum contigit. Cum enim Constantinopolim proficeretur, vt à Iustino Imperatore, contra Theodoricum Regem Italiam deuastantem, auxilium peteret; peruentus Corinthum, quidam vir nobilis manuetum equum, quo illius vxor vrebatur, itineris causa prædicto Pontifici commodauit; remissus postea equus, ita ferox eusafit, vt fremitu, & totius corporis agitatione semper deinceps dominam suam expulerit; quasi indignaretur, mulierem recipere; ex quo

- quo sedisset in eo Iesu Christi Vicarius, vt refert Romanum Breuiarium, ad diem 27. Maij. in solemnitate prædicti Sancti Ioannis Papæ, & ex Beato Gregorio in Moralibus, refert Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalib. Ecclesiasticis tom. 7. sub anno Christi. 525. in princip. in versic. Gotthorum tempore.
- 11 Quod f est notabile magis, quam illud de Bucephalo Alexandri, de quo, Gellius, lib. 5. cap. 2. Vnde verè tenendum est, Romæ nullam fœminam sedisse in Pontificatu. Quod ultra Georgium Scherer, in libro, An sit verum, quod Romæ fœmina Pontifex fuerit? quem allegat Petrus Cenedo, in collectaneis ad ius canonicum. p. 1. collectanea. 11. ad c. Rogamus. 24. q. 1. num. 5. validissimis argumentis post doctissimum Genebrardum, Alanum Copum, Maphæum, & alios comprobauit Illustrissimus Dominus Cardinals Bellarminius, in d.c. 24. omnino videndus.
- 12 Neque f obstat, quod Platina dixerit, quod electus Rom. Pontifex in sede forata collocatur, eo quod timeatur de simili fœmina in Papam eligenda; Ultra enim, quod in Platina aliqua indignationis suspicio in Pontificium honorem posset timeri, ex eo, q tentans aliquando ab ipso Paulo II. ad futurum Concilium appellare; in compedes, teturq; carcerem coniectus fuerit, vt ex ipso Platina refert Marchus Antonius Cucchus, in institutionib. maioriibus. lib. 2. tit. 3. de Concilio. num. 48. f Sicut etiam similibus captis occasionibus, alij odia sua in Papam disseminarunt; vt de Antonio Rosello aduertunt Ioannes Neuizanis, in Silua nuptiali, lib. 1. num. 152. & Caesar Lambertinus, de Iure Patron. lib. 2. p. 1.
- 14 q. 7. art. 13. num. 6. f Et de Abbatे Panormitanō sensit Lelius Jordanus, in tract. de Romanæ sedis origine. in c. 8. num. 2. & Paulus Gryfaldus, in decisionib. Catholicæ fidei, verb. Petrus. num. 2. in 15 responsio. 1. & 39. ad Lutherum. f Et de Petro Ferrariēse post Petrum Rebuffum obseruauit, in Flosculo de Clericorum excellentijs. p. 1. num. 58. in vers. Petrus etiam: f Aliud tamen, ac nobilis est prædictæ sedis forata (vbi Papa collocatur) mysterium, videlicet, vt qui in gloria fede sedet; de humilitatis virtute non obliuiscatur. vt optimè contra Platinanam aduertit Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris vniuersi. p. 2. lib. 15. c. 3. de summo Pontifice ex num. 22. f Sicut, & coram ipso modica illa stupra concrematur, vt memória teneat, quod licet in sublimitate positus sit, finem etiam habet, vt aduertit Ludouicus Gomes, in repet. cap. 1. num. 45. in fine. de constit. in 6. Ut ex ijs etiam minutissimis (quæ alijs videri poterūt) obseruationibus aperte miseri conuincatur

- hæretici , quod in Ecclesia sancta Ritus Ecclesiastici pleni myste-
riis sunt , vt late Gulielmus Durandus , in Rationali diuinorum
officiorum speculatorius fuit . Cuius etiam institutu (post antiquio-
res patres Isidorum , Rabanum , Vualfridum , Bernonem , Iuonem ,
& alios) acuratè Stephanus Durantus , in libro , de Ritibus pro-
sequutus est , & tetigit Grysaldus , in decisionibus Catholicæ fidei
verb.cæmoniæ.
- 18 Occasio † vero prædicti erroris , vt fœmina , quæ verè Constan-
tinopoli in Patriarchali sede fuit constituta , crederetur ab aliqui-
bus , Romæ in Pontificem electa , originem sumpsit ex eo , quod ip-
sa Constantinopolis ciuitas , Roma quoq; fuerit appellata . ex l. 1.
¶ sed , & si quæ C. de veteri iure enucleando , sicut in alio proposi-
to tetigi in c. superiori . num. 75. & in terminis obseruauit Lelius
Zecchus , vbi supra , in vers. ad id de Ioanne Papa .
- 19 Transeamus † nunc ad alia , quæ miserè in dictis quatuor Pa-
triarchalibus sedibus euenerunt ; vt inde laudabiles superiores
effectus etiam deducamus . Præsuppono ergo , quod Octauia Ge-
neralis Synodus , Quarta videlicet Constantinopolitana , in cano-
ne 3. vt doceret , quali honore imago Domini nostri erat veneran-
da ; ijs verbis explicauit , dicens , *Sacram Imaginem Domini
noſtri Iefu Christi , & omnium Saluatoris æquo bonore , cum li-
bro sanctorum Euangeliorum adorari , decernimus* . Ex quibus
verbis , & illud clare constat , Euangeliorum codicem adorandum
esse , vt aliquando in quadam insigni Ecclesia dicebam ; dum sacer-
ille codex in Missâ maiori pro legendo Euangeliō , deferebatur .
- 20 Præsuppono † etiam , quod ex Apostolica doctrina , dum in
Ecclesia facrosanctum legitur Euangeliū , surgere omnes te-
nentur , Dominica verba intente audire , & venerabiliter curui
fideliter adorare , vt patet ex S. Clemente Papa (cuius hodie fe-
stum diem celebrat Ecclesia) in lib. 2. Apostolicarum Constitu-
tionum . in c. 57. & ex S. Anastasio Papa , in Epistola 1. ad Germa-
niæ Episcopos . in c. 1. relatiuè , in c. Apostolica . de consecr. dist. 1.
& referunt Burcardus , in lib. 3. Decretorum , in c. 103. Lelius Zec-
chus , in tract. de Missâ . in c. 16. vers. dum verò Euangeliū , & Ste-
phanus Durantus , de Ritibus Ecclesiæ catholicae . lib. 2. cap. 23.
- 21 num. 17. † Ut mirum sit , concessam fuisse eo tempore fœminis
Mediolanensibus , sedendi facultatem , pro vt legitur , in Conci-
lio Mediolanensi . 3. tit. de ijs quæ pertinent ad Missâ sacrificium .
- 22 in vers. finali . in tom. 5. Concilior. pag. 595. † Maximè cum tem-
pore S. Augustini Homilias , & Conciones non sedendo , sed stando-
populus

- populis audiebat; vt resert Aquisgranense Concilium. in c. 112. in princ. vers. vt ergo tom. 3. Conciliorum pag. 748. & colligitur ex Breuiario, in feria septima infra octauam Assumptionis Mariae, in le. 8. In illis verbis, *Conuenitstis, statis, auditis.*
- 23 Prædictis † verò (vt ad propositum nostrum pertinet) traditionibus, ac constitutionibus Apostolicis non obstantibus, tāta fuit Alexandrini Patriarchæ aliquādo præsumptio, vel temeritas potius; vt debitam hanc reuerentiam recitationi Euangelij non persoluerit. Quod cum admiratione quadam retulit Zosomenus, in Ecclesiastica historia, in lib. 7. cap. 19. per hæc verba. „ Nouum, & illud apud eosdem Alexandrinos est, quod Episcopus „ dum recitatur Euangelium, non assurgat; quod apud alias v- „ quam fieri, equidem neque comperi, neque audiui. Hæc Zosomenus, iuxta versionem Ioannis Christophorsoni, & referunt (licet eius locum corruptè allegent) Lelius Zecchus, & Stephanus Du-
rantus, vbi supra. † Quod detestandum Alexandrinorum Anti-
stitum factum alijs fuit causa ruinæ, & ita intelligo Anastasij Pa-
pæ Epistolam illam primam, ad Germaniæ Episcopos, in c. 1. ibi,
Et hoc ex maiorum traditione se accepisse, narrant. Quod erit no-
tandum, ad d.c. Apostolica. de consecrat. dist. 1. vbi dicta Anastasij
verba referuntur.
- 25 Præterea † ex eo tempore, quo Cælestinus Pontifex vices suas
delegavit Sancto Cyrillo, vt eius nomine Concilio Ephesino præ-
sideret, putarunt Alexandrini Patriarcham suum mitræ, & Papæ
nomen accepisse; remansisseque in posterum Iudicē vniuersi Or-
bis, vt resert Nicephorus Calixtus, Ecclesiastice historiæ. lib. 14.
cap. 34. in vers. Cælestinus autem: cum tamen id, & à Cælestini, &
26 Cyrilli mente longè fuerit alienum. † Cum Papa non possit, alte-
rum Papam sibi coæqualem constituere: vt tetigit Aluarus Pela-
gius, de Planctu Ecclesiæ. lib. 1. c. 34. in vers. Papa autem.
- 27 Timothæus † etiā, & ipse Alexandrinus Patriarcha adeò info-
lenter se gescit, vt nedum cœteros Patriarchas, & Prælatos in ge-
nerali Chalcedonēse Concilio congregatos, vna cum Rom. Pon-
tifice spreuerit: Verumetiam diabolica temeritate præsumperit,
illos omnes excommunicare. vt habetur, in Epistola Episcopo-
rum, & Cleri Alexandrini ad Leonem Imperatorem. incip. obla-
tæ. circa fin. in vers. Cumq; ipse. in tom. 2. Conciliorum. pag. 354.
- 28 Præterea † cum de communī iure gentium legati quāmuis ab
hostibus mittantur, intiolabiles tamen seruandi sunt; iuxta tex-
29 in l. fin. ff. de legation. & c. Ius Gentium. dist. 1. † Nihilominus ta-

- men, quidam Paulus Constantinopolitanus Patriarcha adeo insanuit, ut nedum iure gentium, sed, & diuino etiam violato, Apostolicae sedis legatos grauissimis penitentiis afficerit, ac in varias insulas relegauerit, ut refert Romanum Breuiarium; ad diem 12.
- 30 Nouembr. in lect. 4. & 5. Sancti Martini Papæ, & martyr. ¶ Cuius perdit hominis excessus quantus fuerit, ex verbis Alexandri Papæ primi constat, quæ, in cap. si quis autem. 9. distinet, habent in hunc modum. *Qui legationem impedit, non unius, sed multorum profectum auertit, & sicut multis nocet, ita à multis argutus est, & honorum societate priuandus, & quia Dei causa non impedit, & statum conturbat Ecclesia; ideo ab eius liminibus orreatur. Ab omnibus itaque talis est cauedus, & non in communionem fideliū, usque ad satisfactionem recipiendus.* Hec Alexander Papa, cum alijs, à me cumulatis, in Floculo de Clericorum excellentijs, p. 2. §. 8. num. 46. & in §. 18. num. 131.
- 31 Quidam, & etiam Ioannes Constantinopolitanus Patriarcha, adeo insolens fuit, ut de facto Generale Concilium contigerit, conuocare, ut patet, in c. multis. 17. dist. cum hoc soluim Pontifici Romano reseruatum sit, ut habetur, in c. regula, & per totam serē 17. dist. & notant omnes, qui de Concilio scripsérunt.
- 32 Aperte & etiam Constantinopoli Patriarchæ voluerunt, de Primatu contendere cum Romano, ut refert Dominus Anastasius Germanius, de sacrorum immunitatibus. lib. 2. cap. 4. num. 20. & Ludouicus Gomes, in repet. cap. 1. num. 43. & seq. de constit. in 6. Quod etiam Hierosolymitani Patriarchæ tetarunt, ut ex Polidoro Virgilio, & alijs tetigi supra, cū de Hierosolymitana sede agbam, in cap. 9. in num. 10.
- 33 Denique & in omnibus illis veris, ac principis Patriarchalibus quatuor sedibus, Constantinopoli scilicet, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana federunt aliquando heretici, ac heresiarchæ Romanum Pontificem, & illius in Ecclesia vniuersali Primum contemnentes, atque negantes, ut notabiliter aduertit Dominus Cardinalis Bellarmiuius, in tom. 1. controversia 3. de summo Pontifice lib. 4. c. 3. in vers. quinto probatur, cuius ad litteram hac sunt verba, videlicet. Nam in primis constat omnes Patriarchales sedes defecisse à fide, ita ut heretici, & heresim profittentes, ac docentes, in illis federint: excepta Romana sede. In sede Constantinopolitana federunt Macedonius, Nestorius, Sergius Heresiarchæ. In Alexandrina Georgius, & Lucius Arriani, Diocorus Eutychius, Cyrillus Monothelita; & alijs. In Antiochena

- , chena Paulus Samosatenus Hæresiarcha , Petrus Gnapheus , Eu-
 , tychianus, Macharius Monothelita ; & alij : In Hierosolymitana
 , Ioannes Origenista , & ante cum Eutychius , Hirenæus , & Hila-
 , rius Arriani sederunt . Hæc doctissimus pariter , ac Illustrissimus
 Dominus Cardinalis Bellarminius , & sequitur Lelius Zecchus , in
 tract.de Romano Pontifice in princ. vers. Quarto , nam omnes Pa-
 34 triarchales sedes . ¶ Quod , & non obscurè , imo notabiliter sensit
 Beatus Hieronymus dicens , quod Lucifer ille , qui cecidit , thro-
 num suum super sidera in Oriente posuit , vt habetur , in c. quoniā
 vetusto , alijs , quoniam vetus . 24.q. 1.vbi gloss. in verb. posuit , hæc
 verba , à Beato Hieronimo dicta fuisse propter hæreticos prælatos
 Orientis , interpretata est .
- 35 Hæc ¶ autem , quæ in dictis Patriarchalibus sedibus contigerunt ,
 nedum excellentiam Romanæ sedis (quæ hæc passa non fuit) insi-
 nuant , prout , & alij aduerterunt : Verum etiam Primum eius ,
 super illas quatuor (vt statim aduerto) notabiliter declarant . Sed
 antea necessarium esse duxi , aduertere , quod dictorum Patriar-
 charū facta nefaria Patriarchali dignitati , & gloriose illius qua-
 druplici superioris tra dita Euangelistarum significationi nullum
 potuerit preiudicium attulisse , vel alijs Catholicis Patriarchis no-
 cuisse , sed tantum suos illos affecerunt auctores .
- 36 Ut ¶ autem id apertius constet , præsupponendum est , quod ip-
 sismet delinquētibus priora commissa delicta non obstant , etiam
 quoad gradus , & honores asséquendos , quādo pōstea verè emen-
 datam vitam ostenderint , vt statuit Alexander III. in Lateranense
 Concil. in p. 26. in c. 13. in si. in illis verbis , Errant , qui putant , post
 dignam pénitentiam Sacerdotem lapsum non posse reparari , &
 ministrari ; si à malis abstineat . cum alijs , à me cumulatis , in
 Flosculo de Clericorum excellentijs , p. 2. num. 12. & seq. quod , &
 senserat Innocentius I. in Epistola ad Mileuitanum Concilium ,
 que est 26. in tom. 1. Conciliorum , in illis verbis . Ut durum arbi-
 tror , conniuentiam præbere peccantibus : ita impium iudico , manū
 negare conuersis . Et faciunt tex. in c. ponderet , in c. Ioannes cum
 multis alijs , 50. distinct.c. hoc ipsum 3. q. 2. & Authent. interdici-
 mus . C. de Episcopis , & Clericis .
- 37 Vnde ¶ ille qui emendatus est , optime poterit ad Episcopatum
 assumi . vt probat Martinus Nauarrus , in Miscellaneis de Oratio-
- 38 ne , miscellanea , 39. num. 65. in vers. aduertendum . ¶ Quod , & ad
 ad Cardinalatum , & ad Papatum extendit Andreas Gaimarus ,
 in tract.de auctoritate legati de latere . lib. 7. num. 114. & sequent.

304. De vera Quatuor Patriarchalium

quod satis aperte docuit Dominus, qui Beatissimum Petrum, postquam fleuit amare: Vicarium suum constituit, atque reliquit, ut patet, in Euangelio, & habetur, in c. considerandum. & tex. c. fidelior. § o. dist. cum similibus.

39. Quinimo † cum post lapsum multi pœnitentes fortiores resurgent, vt in Sancto Seuero Bituricensi Episcopo expendit Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, ad diem 29. Ianuarij, in Martyrologio Romano, & in alijs probat tex. in c. talibus. in nata glof. finali. de pœnit. dist. 2. & Tiraquellus, de pœnis temperandis.

40 causa. 51. num. 21. † Hinc glof. in verb. gratiam, in d. cap. fidelior. § o. dist. colligit, quod potius eligendus sit, qui postquam peccauit pœnituit; quam ille, qui semper bonus fuit, quam sequuntar Ludo- uicus Romanus, in singulari. 73 2. incip. sunt electi, & ibi copiose additiones. Antonius Prebus, de præstitia clericorum. c. 3. nu. 10. & seq. Selua, de beneficio. p. 3. q. 2. nu. 39. Ripa, in c. eam te. num. 32. & seq. de r̄escr̄ipt. Ias. in rubr. ff. de iustitia, & iure, num. 7. Thomas Actius, de ludo scacchorum. q. 9. num. 35. Ioannes Segura, in direc- torio Iudicum Ecclesiastici fori, in c. 8. num. 7. & seq. & alij, quos allegat Petrus Cenedo, in collectaneis ad ius canonicum, collecta-

41 nea 47. ad d. c. fidelior. nu. 1. † Pro quibus optimè facit, id, quod Dominus dixerat, Lucæ c. 15. ibi, Gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanouem iu- stis; qui non indigent pœnitentia. Et habetur, in cap. quia sancti-

42 tas. 50. distinct. † Et consonat, quod Patronus meus Sanctissimus Dionysius ad Demophylum scripsit, de verbis illis Domini nostri Iesu Christi ad Beatum Carpum dictis, quæ sic habent. Paratus sum pro hominibus resaluandis iterum pati, & complaceo super ijs, quam super alijs hominibus, qui non peccauerunt. Et refert Laurentius Surius, in tom. 5. de sanctis, in passione S. Dionysij, in vers. Demophylum. in fine.

43. Eum † vero iura, & doctores emendatum esse, considerant, qui per triennium cum bonis conuersatus, contrarijs prioribus suis actibus, vitam agit. Talis enim præsumptionem illam, c. semel, de regi. iur. in 6. quod semel malus semper præsumatur malus, omnino elidit, ac prorsus extinguit, vt probat tex. in §. si vero is qui, in Authentico de Monachis, & commandant Jacobus Nouellus, in Practica criminali, rubr. ad defensam. tit. an indicia pro reo dan- da sint? nu. 48. Franciscus Curtius, in tract. de sequestris. in vers. 2. num. 34. Rolandus à Valle, cons. 63. num. 12. vol. 3. Choueronius, de publicis Concubinarijs, in verb. vsque quo cum eis. num. 5. Ti- raquell.

- raquell. de pénis temperandis, causa 29. maxime. num. 5. Antonius Meneses, in l. i. nu. 19. & seq. Cde fideicommissis, & Iosephus Maschardus, de probatio. concl. 1003. num. 37. & seq.
- 44 Ex † quibus ortus est stylus sacri Inquisitionis fidei Tribunis, in quo pœna perpetui carceris remitti solet illi, qui per triennium inclusus, humilis, ac verè pœnitens apparuit. vt aduertit Iacobus septimacensis, de catholicis institutionibus. c. 16. nu. 11.
- 45 Cum † igitur ipfis met lapsis, postea emendatis ad gradus, & honores assequendos, priora delicta non obstant; euidenter apparet, quod eorum successoribus minus poterunt nocere, qui non peccarunt. Scriptum est enim, quod anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezechielis c. 18. relatiuè in c. quæris à me. de consecr. dist. 4. & alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. I. alteri. ff. de reg. iur. Rubr. ne filius pro patre, & rubr. Cires inter alios acta, vel iudicata alijs non nocere. I. sancimus. C. de pénis.
- 46 Hinc † à fortiori deducitur, quod minus nocere potuerūt prædicta Patriarcharum delicta, ipsis sedibus Patriarchalibus, quæ peccare non poterant, sicut, & detestabilis Iudea Iscariotis in Dominum nostrum commissa proditio, Sacro sancto Apostolico Collegio nocere non potuit, vt aduertit S. Clemens Papa, lib. 2. Apostolicarum constitutionum. in c. 14. in vers. Et si vultis cognoscere.
- 47 Quia † delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. cap. delictum. de reg. iur. in 6. c. si Episcopum. 16. q. 6. vbi gloss. Neque enim res sunt, quæ delinquent, sed, qui res possident, vt dicebat Iustinianus Imperator, in l. oportet autem in Authentico, de Mandatis Principum, & facit optimè, quod ex Tiberio Deciano, in Apologia contra Aleiatum, in cap. 13. num. 3. & seq. aduerti in simili (circa Ecclesiæ diuitias laudandas, licet aliqui eis abutantur) in Flosculo de Clericorū excellentijs, p. 1. l. 2.
- 48 num. 66. † Ideo Aluarus Pelagius, de Planctu Ecclesiæ, in lib. 1. c. 8. aduertit, quod dignitas, iurisdictio, vel potestas non peccat, etiam si Iudex, vel Prælatus in ea residens, sicut homo peccare valeat, & Bald. in c. sanè. 10. 2. in fine, de offic. deleg. dicebat, quod Papatus vt dignitas, nō vadit ad Inferos. & refert Ludouicus Gorimes, in repet. c. 1. num. 3. de constit. in 6.
- 49 Et † in proprijs terminis Patriarchalium sedium, quod criminis à Patriarchis commissa sedibus ipsis non præiudicent, obseruauit Abbas, in c. inter quatuor. in princ. notabili 1. de maior. & obed cui addo etiam in terminis Sanctissimum Papam Leonem primum, in Epistola 5. 1. ad Anatolium, in vers. nihil Alexandrinæ sedi.

sedi. & in Epistola 53. ad Pulcheriam Augustam, in vers. huc autem
 obseruantia. & in Epistola 60. ad Maximum, in vers. et si enim, cuius
 haec sunt verba. *Etsi interdum immoderati Praefatos aliquas
 incidunt culpas; Ecclesiarum tamen Christi integra gratia per-
 severat, cum aliud sedes sint; & aliud presidentes.* ¶ Et ita acci-
 piendum est, quod Dominus Gregorius Nunnius Coronel, Ordini-
 sis S. Augustini religiosissimus scripsit, de Optimo Reipublica
 statu. p. 1. lib. 3. cap. 4. dicens, Patriarchales sedes semper detulisse
 Romanæ. Quia non sunt ad Patriarchales sedes extendenda; Pa-
 triarcharum delicta, ut supra ostendi.
 51. Nunc ¶ autem (maiora cogitando) congruum erit, ostendere,
 quod quanto prædicti illi Patriarchæ in illis suis excessibus, ac
 insolentij pontificiam dignitatem minuere, ac deprimere tenta-
 uerunt; tanto magis (contra eorum intentionem) Apostolica se-
 dis, & Romani Pontificis gloriam, ac Primatum etiam super ip-
 pos quatuor fecerunt apparere; ad similitudinem quatuor illarum
 hydriarum aquæ, quæ versa super holocaustum, ac ligna; magis
 gloriosum fecerunt accensum subito Eliæ Prophetæ sacrificium.
 52. vt habetur, 3. Reg. c. 18. ¶ Ultra enim, quod illorum Patriarcha-
 rum, ac similium dicta, ac facta nefaria execrata, punitaq; fuerunt
 à diuersis Roi. Pontificibus. c. multis. 17. dist. c. in tantum. 21. dist.
 cum alijs cumulatis ab Hostiense, in summa de pœnit. & remiss.
 num. 18. quæ (eo non allegato) transcripsit Aluarus Pelagius, de
 Planctu Ecclesiæ. lib. 2. c. 19. in vers. Patriarchæ cum offendunt, &
 tetigit Ludouicus Gomes, in cap. 1. num. 43. & seq. de constit. in 6.
 53. Adhuc ¶ tamen, quia in detestationem atrociorum criminum,
 semper solent aliqua fieri, quæ ab hominum memoria non exci-
 dant; quemadmodum omnipotens Deus referuare voluit terram
 illam fumigabundam, desertam, & incredibilis illius animæ sta-
 tuam salis, vt illius insipientia, & peccati Sodomorum, in testi-
 moniū nequitia hominibus relinqueretur memoria; vt habetur,
 Sapientia, c. 10. facit tex. in c. felicis. de pœnis. in 6. ibi, *Dentur
 cuncta ipsius edificia in ruinam, & ut perpetua ruina testetur,
 nullo tempore reparentur.* Cum alijs, quæ de crimine læsa Diui-
 54. næ, ac humanae Maiestatis passim aduertunt Doctores: ¶ Sic con-
 sidero, quod celebrem illum syllum (de. 10 supra in c. 17. nū. 63.
 & seq.) quo insigniores Ecclesiæ Antistites, in supplicationibus
 offerendis, coguntur se Papæ Creaturas appellare, voluerit Do-
 minus in Ecclesiam suam signanter introducere, in detestationem
 illorum Patriarcharum, qui Romani Pontificis Primatum, impijs
 illis

illis excessibus abrogare, putarunt; ad maiorem sui precipui, ac veri Vicarii honorem, & gloriam.

55 Sed, + & quatuor illas antiquissimas simul, ac notissimas apud Romanos literas S.P.Q.R. pro isto latenti, ac notabili mysterio introductas fuisse, nouè mihi misericors Dominus cogitare concessit. Notum est enim, prædictas quatuor literas in communione, vulgatoque sensu Senatus, Populiq; Romani statum significare, ut extensis literis patet, super Arcum Titi, ac Vespasiani Ro-
56 mæ iuxta Templum pacis, versus Coliseum. + Conualentinus au-
tem Ludouicuſ Goines, in repet. c. i. num. 48. de constitut. in 8. vt
habetur (paulo alter, quā in antiquiore impressione legebatur)
in tom. 5. repetitionū iuris canonici, dixit, quod Sybilla Cumana
præmissō Crucis signo literas illas posuit in principio librorum,
quos ab ea magnō pretio comparauit Tarquinius Priscus (vt de
lbris Sybillini agens, tetigit Aulus Gellius, lib. 1. Noctium At-
ticarum. c. 19. quasi modo quodam Propheticō pro Romano Po-
pulo deprecaretur Redemptorem nostrum, dicens: salua Populu-
,, quem redemisti. Et cum vaticinium illud ignorarent Romani, ad
planiorem sensum retorserunt, vt tantum per illas literas intel-
57 ligetur Senatus, Populusque Romanus. + Pro cuius expositio-
ne facit, quod etiam Sybillis illis iniunctum fuit, de Christo Do-
mino Prophetare, vt aduertit Sixtus Senensis, in Bibliotheca san-
cta lib. 2. vers. Sybillarum oracula, & ex S. Thoma refert Paulus
Grysaldoſ. in decisionibus catholicae fidei, in verb. Sybilla.

58 Sunt + tamen alij, qui aliter dictas literas exposuerunt, dicen-
do, Syrios Populos (sic enim propriè magis, quam Assyrios vo-
candos esse, testatur Tiraquell. in lege coimbuli 13. num. 2.) pri-
mum omnium quatuor illas literas inuenisse, ut arrogantia qua-
59 dam significarent, ac dicerent, Syrijs Populis, quis resistet? + Alij
autem Siculis, alij vero (quod verisimilius est) Sabinis Populis in-
ventionem dictarum literarum applicarunt, ut idem inuenient,
quod de Syrijs dictum fuit, ut inter alios referunt Gaspar de Sal-
fedo, in libello Hispanice edito, Pliego de cartas, in Epistola 5.
& Ioannes Costa I.C. in libro Gouerno del Ciudadano, in tract. 31
60 in Dialogo 3. + Addunt autem prædicti, quod vt dictorum gentium
arrogantiam deprimeret Inclytæ, ac Dominatrix Roma (vt sibi
de iure debitas) quatuor illas literas vendicauit, per quas omni-
bus illis responderet, quod Syrijs, Siculis, vel Sabinis Populis re-
sistet S.P.Q.R. (idest) Senatus, Populusq; Romanus.

61 Verum + cum inuenta, inueniendis non obstant, vt ex famoso
34. Seneca,

Seneca refert insignis alter Hispanus Ludovicus Gomes in repetitio
 62 c. i. de constit. in 6. in princ. ¶ Hinc dum circa quatuor illas lite-
 ras S.P.Q.R. more Diogenis contigit mihi quoque, Dolium ver-
 tere: altiorem tamen dignioremq; (nifallor) earum significatione
 63 (fauente Domino) Videor consequutus. ¶ Sicut enim D. Cardina-
 lis Hieronymus Albanus (quem supra allegauit) speculatus fuit,
 Romam fuisse appellatam aeternam ab Imperatoribus, propter
 Apostolicam sedem (quamuis id illi tunc non cogitarint) in aeternum
 ibidem remansuram: quod etiam notabiliter ex alijs obser-
 uauit Conualentinus Dominus Iosephus Stephanus Oriolen. Epi-
 scopus, de potestate Papae coactua. c. 10. nu. 4. omnino videndus:
 Sic etiam dico, Romam antiquitus quatuor illa verba S.P.Q.R.
 pro Primatu Pontificis summi, in quatuor Patriarchas (licet hoc
 tunc non caperet) diuina ordinatione sumpfisse.
 64. Cum ¶ enim aliquando (vt vidimus supra) quatuor illi Patriar-
 chae imitantes Luciferum, qui dicebat in odium Christi, ascendare
 super altitudinem nubiū, similis ero Altissimo, vt habetur, Isaiae
 cap. 14. Volendo se Romano Pontifici aequaliter, vi quatuor illarum
 literarum S.P.Q.R. erant usuri: per illas superba interrogatione
 65 significantes, ac dicentes, super Patriarchas quis regnat? ¶ Diui-
 no consilio quatuor eadem litera fuerunt Romae reseruatae, quib.
 Romani Pontificis Primum, super eosdem quatuor Patriarchas
 innueret, et praedictæ superbæ interrogationi factæ, mirabiliter
 per easdem literas S.P.Q.R. responderet, dicendo, super Patriar-
 chas quatuor; Romanus: referendo singulis literis, singulas di-
 ctiones, quod videtur ad laudem Dei, & honorem Romani Pon-
 66 tificis perpetuo notandum. ¶ Dicebat enim Innocentius III. in c. i.
 §. fin. in fine, de Sacra Vnione; custodiendam esse mysticam, ac
 rationabilem alicuius insignis rei significationem: quod refert
 Burchardus, in lib. 4. Decretorum. c. 2. & exornat Sixtus Senensis,
 in Bibliotheca sancta. lib. 3. tit. de usu, & utilitate historiarum, & my-
 sticarum expositionis. Ex quibus omnibus liquidissime constat, præ-
 dictos in Ecclesia sancta quatuor Praecipuos Patriarchas, Con-
 stantinopolitanum scilicet, Alexadrinum, Antiochenum, & Hie-
 rosolymitanum: tam coniunctum, quam separatum consideratos,
 & tam obedientes, quam rebelles: semper in sua constitutione
 Apostolicam Romanam sedem decorasse; & Primum summi
 Pontificis mirabili quodam hieroglyphico ostendisse.

Caput Decimumnonum.

De vero Quadruplicis Patriarchalis dignitatis honore conservando in Ecclesia sacrosancta, quamuis modo Patriarchales Prouinciae ab infidelibus detineantur;

& quod ideo dignè fuerit suscepta præsens
noua hæc disputatio, quæ iustum librum exigebat: agiturque de

Episcopis Titularibus.

S V M M A R I V M .

- 1 Patriarchæ quatuor Patriarchali Clero, ac Populo Christiano carent modo.
- 2 Prouinciae Patriarchales, quare in Turcarum tyrannidem inciderunt.
- 3 Disputatio nebulosa, & tenebrosa, quæ dicatur.
- 4 Petrus Andreas Gammarus liberè scripsit, quod disputatio Patriarchalium sedium modo vana erat.
- 5 Patriarchalium sedium disputatio iustum exigebat librum.
- 6 Disputatio alicuius rei suscipi non potest, nisi de illa altè, ac magnificè sentiatur.
- 7 Patriarchale nomen displaceat Nouatoribus Hæreticis.
- 8 Papa potest in terris Infidelium nouos Episcopales titulos erigere.
- 9 Episcopi titulares, quibus soleant epithetis affici: & nu. 10. & 11.
- 12 Episcopi Titulares appellantur ab aliquib; Episcopi abusiuè; sed malè.
- 13 Hæreticum est, dicere Episcopos Titulares, non esse veros Episcopos.
- 14 Episcopi Titulares possunt appellari Vicarij in Pontificalibus. & num. 21.
- 15 Episcopis neque sublimior, neq; inferior est, ex abundantia, vel defectu diuinatarum.
- 16 Qui soleant, Episcopos absq; magnis redditibus contemnere?
- 17 Paupertas multis fuit occasio delinquendi. & num. seq.
- 18 Paupertas solet hypocrism generare.
- 19 Silvester primus Papa quare copiosis Clericis egētes coniunxerit?
- 20 Occasio, quod titulares Episcopi à Populo vilipendantur.

210. De vera Quatuor Patriarchalium stat.

- 21 Institutio Episcoporum Titularium laudabilis fuit in Ecclesia.
- 22 Episcopatus Titulares, quibus dari debeant.
- 23 Causa grauis, & ardua est, qua ad honorem Ecclesia persinet.
Honor, & vita equiparantur. ibidem.
- 24 Sacrum Consistorium dicitur Tribunal Papæ.
- 25 Episcopatus Titulares in sacro Consistorio expediuntur.
- 26 In sacro Consistorio grauia, & ardua tractantur.
- 27 Praetor non curat de minimis.
- 28 Grauia sunt, qua præsentiam, & decretum Papæ requirunt.
- 29 Titulares Episcopi, qui sunt?
- 30 Ecclesia, in quibus Illusterrimi Cardinales Episcopalem Iurisdictionem exercent Romæ; Tituli vocantur.
- 31 Titularis Episcopi à principio nulla tenentis, & illius, qui ab Episcopatu electus fuit; differentia.
- 32 Pristine habite dignitatis, habenda memoria est.
- 33 Patriarchæ quatuor multa antiquitus possidebant.
- 34 Papa habet Senatum Illusterrimorum DD. Cardinalium.
- 35 Patriarchæ precipui solebant secum Episcopos habere in consilium: nulli Metropolitanano subiectos, ad instar Pape.
- 36 Curia Regum, quando in Caluarie locum conuerti, dicantur?
- 37 Episcopus in Ecclesia, non in Palatio certare debet.
- 38 Palatia ad Imperatores pertinent, Ecclesia ad Sacerdotes.
- 39 Subueniendum est illi magis, qui non voluntariè in necessitate est positus.
- 40 Ciuitas in Antifitem rebellis, Pontificali dignitate priuatur.
- 41 Episcopus malitia plebis electus, Pontificalem bonorem conservat. & num. seq.
- 43 Patienti pro Ecclesia persecutionem, benevolentia, ac humanitas exhibenda est.
- 44 Plecti, non est malum, sed dignum fieri suppicio.
- 45 Episcopo, qui loco renunciauit, non ordini: multa reseruantur in iure.
- 46 Dux vi expulsus à Ducatu, in loco Ducum sedere debet.
- 47 Ecclesiastica secularibus præferuntur.
- 48 Hierosolymitana loca sacrum nomen conservant.
- 49 Hierosolyma dicitur Terra Sancta.
- 50 Hierosolyma à Turcis appellatur Lecoust.
- 51 Argumentum à loco ad personas, vel è contra; iuridicum est.
- 52 Patriarchæ quatuor vocandi sunt ad Generale Concilium, in quo vocem deliberatiuam habent.

- 53 Analogum stat in potiori significatione.
 54 Euangelium Christi à quatuor Evangelistis scriptum fuit.
 55 Quatuor Patriarchalium sedium causa, an sit modo quatuor
 minimis terre comparanda.
 56 Sapiens ex paucis multa intelligit.
 57 Speculativa est nobilissima intellectus pars.
 58 Sufficientia nostra ex Deo est.

CVM † autem illæ quatuor Patriarchales sedes primo intuitu,
 ac superficiario modo considerata, quatuor illa minima ter-
 ræ (de quibus sapiens, Proverbiorum. c. 30.) videantur, cum
 Patriarchæ Catholici præsidio facultatum priuati, clero careant,
 ac populo Christiano; Clem. in plerisque de electione, & plangit
 2 Aluarius Pelagius, de Planctu Ecclesiæ. lib. 2. c. 17. † Obseruantq;,
 videndi, insignis ille Ioannes Fischerus Roffensis Episcopus, in con-
 futatione assertio[n]is Lutheranæ, artic. 25. vers. miror impudentiā
 tuam, & Illustris. D. Card. Bellarminus, in tomo 1. controuers. 3.
 lib. 2. c. 31. vers. est autem hoc loco: Qui causam huius rei ex testi-
 monio Beatae Brigitæ, & aliorum eam fuisse, tradunt, quia Pro-
 uincia ille antea ab obedientiâ Romani Pontificis recesserunt:
 3 Ideò † merito inuestigandum erit, An, hic præsens rerum status,
 ita Patriarchalem honorem, ac dignitatem affecerit; quod nedū
 notabiles illos superiores effectus impediatis, verū etiam vanam
 reddat materiam istam, tractationeq;, seu disputatione indignā,
 tanquam nebula illa sit, ac tenebrosa aqua in nubibus aeris; de
 qua ex Petro Manducatore (qui Commestor est, frater scilicet
 Gratiani) agit glossa, in c. 1. in verb. fideles. 30. dist.
 4 Pro † ratione enim dubitandi, obtulit se insignis quidam Ro-
 ta Auditor, Andreas scilicet Gammarius (d' Ludouico Gome-
 sio laudatus, in tract. Breuum, num. fin. in fi.) qui in tract. de
 auctor. legati de latere. lib. 2. tit. de varijs ordinariorum nomi-
 nibus. num. 18. haec voluit scripta verba relinquere, videlicet.
 „ Hodie vana est disputatio de istis quatuor Patriarchalibus sedi-
 „ bus, postquam omnes isti Patriarchatus sunt in manibus Infide-
 „ lium, & Hæreticorum; In hoc solum utilis, propter legatos, qui
 „ Patriarcharum auctoritatem superant. Hæc Gammarius.
 5 Sed † tamen, pro ratione decidendi contra Gammaram, obtu-
 lit se etiam alias egregius, ac doctus Vir Dominus Anastasius
 Germanius, de sacrorum immunitatibus, lib. 3. c. 5. num. 60. ex-
 pressè dicens, quod quatuor insiguum Patriarchalium sedium,

- 6 disputatio; iustum exigit librum. ¶ Quo sit, ut cuin aliter disputatio aliqua luseipi non possit, nisi de illa altè, ac magnificè sentiat, vt optimè aduertit Dominus Cardinalis Gabriel Paleottus, de sacri Consistorij Consultationibus, in conclusione operis, in membro 5. in princip. in vers. quod igitur; Hinc mei muneris erit, ostendere, quod licet Patriarchales Provinciæ ab Infidelibus tyrannicè occupatae fuerint; vera tamen Patriarchalis dignitatis essentia, illæsa remanserit; & ad omnes illos producendos in honorem Ecclesiæ, ac summi Pontificis superius expenos effectus;
- 7 potentissima. ¶ Sic enim in consequentiam patebit, disputacionem Patriarchalium sedium vanam non esse: sed potius utilem, & viro Catholico dignam. Quod vel ex eo constat, quod Novatoribus Hæreticis (rebus etiam sicstantibus) Patriarchale nomine summè displiceat; vt refert, nūquād satis pro dignitate laudatus Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis. tom. 2. sub anno Christi. 112. pag. 52. versic. 2. incip. leguntur.
- 8 Ad ¶ rem igitur deueniendo, supponendū erit, quod instè Roman. Pótifex ad utiles Ecclesiæ sanctæ effectus potest in ipsis terris Infidelium, nouos Episcopatus erigere, ac constituere, vt ex Baldo, & Angelo in I. id, quod apud hostes. ff. deleg. 1. obseruauit Aluarus Guerrero, in Thesauro Christianæ religionis, seu speculo summorum Pontificum. in cap. 31. in princ.
- 9 Et ¶ quamuis, qui ad hos Episcopatus assumentur, cum præsidio facultatū careant, soleant aliquibus minus honorificis Epithesis affici; quia aliquando dicuntur Nulla tenentes, seu nulla tenentes: vt refert Quintilianus Mandos. in regula Cancell. 26. de beneficijs vacantibus per promotionem. q. 4. num. 5. ¶ Aliquando verò dicuntur Portatiles, seu Commodatitij; vt refert Ioannes Quintinus in repet. c. de multa. num. 50. de præben. ¶ Aliquando etiam appellantur Ambulatorij, Portatiui, & Mobiles: vt refert Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris, lib. 15. cap. 12. de Episcopis. num. 44. ¶ Nec defuerunt, qui asserterent, illos propriè non esse Episcopos, sed abusivè; vt patet, ex Mandom, in d. num. 5. Ludouico Gomesio, in regula de Annali possessore. q. 47. vers. accedit etiam. Et ex libro, qui inscribitur, Piorum Clypeus, in q. 34. 13 in artic. 3. ¶ Attamen, verè Episcopi sunt, & vt tales ab omnibus catholicis honorandi, vt tetigit Ioannes Quintinus, in d. cap. de multa. num. 49. & latius Hieronymus Vuiel, in proprio de Episcopis Titularibus, tractatu. Quinimo contrarium cum pertinacia assertere,

asserere; esset hāreticum; vt aduertit Paulus Gysaldus, in decisionibus catholica fidei, in verb. Episcopus. num. 10.

14 Quamvis tamen propriam diæcesim non habeant, vbi nomine proprio functiones Episcopales exerceant; ideoq; Vicarij in Pontificalibus congruè possent appellari; vt patet in Concilio Coloniense secundo, ab Andulpho celebrato, in tit. censuræ & decreta. in cap. 36. & in Synodo Treuerensi, in princ. post mandatum.

15 conuocationis. in vers. cum itaque: t Non tamen debent, debito Episcopali honore fraudari. Indignum namque est, quod accidēs pecunia, magis quam substantia Ordinis Episcopalis habeatur. arg. text. in c. accessorium. de regul. iur. in 6. cum ibi notatis. Dicebat enim Beatus Hieronymus, in Epistola, ad Euagrium Episcopum, quod potentia diuinarum, aut paupertatis humilitas: sublimorem, vel inferiorem Episcopum non facit. & habetur, in 16 c. legimus in Isaia, in verb. vbi cūmque. 93. distinct. t Vbi notabilis gloss. in verb. eiusdem meriti, dicebat, quod Viri sapientes, pe- riti, ac discreti ita sensiunt; idiotæ verò, ac vulgares homines so- lent contemnere Episcopos absque magnis redditibus. videndus Petrus Ancharenus (quem laudat Tiraquell. in l. si vñquam verb. suscepit liberos. num. 235. C. de reuocan. donat.) in Clemen. in plerisque. num. 5. de electio. Aluarus Pelagijs, de Planctu Ecclesiæ lib. 2 c. 17. & Mandosius, in d. q. 4. num. 2.

17 Fateor t autem, quod cum ipsa temporalium honorū inopia, multis fuerit occasio delinquendi; vt dixit Ecclesiasticus. in c. 27. & in quibusdam Monasterijs Monialium expertum fuisse, refert

18 Aquisgranense Concilium, sub Ludouico Plo, in c. 12. t Et in alijs etiam Ecclesiasticis viris possit timeri, quod, vel Hypocrisim ge- neret; vt sensit Beatus Augustinus, relatus, in c. certe. 12. q. 2. ibi, Nolo hypocritas habere. Quod, post Abbatem expresse obsernauit Paulus Romanus, in tract. de Pensione Ecclesiastica in c. 7. nu. 20.

19 Vel, t quod ad vulgarem, & inordinatam vitam inducat, vt sen- sit Turonensis Synodus tertia, in canon. 23. & Sanctissimus Sylue-

ster primus Papa, dum copiosis clericis egentes coniunxit, vt ha-

20 bet Rom. Breuiarium: t Ideoque nonnullos titulares Episcopos impulerit ad ea, quæ non sunt Iesu Christi querenda, vt dolenter refert Tridentinum Concilium sess. 14. de Reform. c. 2. Vnde for-

21 san cōperunt ipsi, ab alijs vilipendi, iuxta prædicta: t Nihilomi- nus tamen eorum constitutio optima est, & ex antiquo Ecclesiæ vñl laudatissima: nedum, vt alios Episcopos, qui maximis nego- tijs, morbo, vel ætate confecti sunt, in Pontificalibus officijs adiu-

nare

- uare possint; vt contra hæreticos aduertit Paulus Grysaldus, in
 22 decisionibus catholicæ fidei, verb. Episcopus, num. 10. ¶ Verum
 etiam ob alios effectus, zelo fidei Christianæ adimplendos, vt te-
 tigit, omnino videndus Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris,
 lib. 15. c. 12. nu. 45. aduertens, similes Episcopatus non nisi acer-
 rimis fidei Christianæ Zelatoribus conferendos esse, qui non tam
 de honorifico, ac specioso titulo gaudent; quam de voluntate
 Episcopales functiones faciendi, in illis Infidelium partibus, in
 quibus suis Episcopales titulos meruerunt.
- 23 Vnde ¶ cum causa, qua ad honorem Ecclesiæ pertinet, grauis,
 & ardua dicatur, ac sit; vt dixit Antonius Butrius, in c. edoceri,
 num. 8. de rescript. & faciunt notata, in l. iusta. ff. de manumiss. vin-
 dict. & per Iacob. Nouellum, in reg. 12. incip. honor, & vita. Vbi
 24 probatur, quod honor, & vita æquiparantur: ¶ Hinc, vt Roma-
 nus Pontifex ostenderet erectionem, ac institutionem titularium
 quoque Episcoporum rem arduam, & maximam esse; in Sacro suo
 Consistorio (quod ipsius Tribunal appellatur, ex gloss. verb. Tri-
 bunal. in §. illud. in Authentico. de appellat. Archidiacono, in cap.
 Romana. num. 2. de appellat. & Madosio, in reg. Cancellarie 22.
 25 de vñionibus. q. 3. nu. 6.) ¶ Illam statuit; atq; decernit. vt aduer-
 tit Petrus Gregorius, vbi supra, lib. 15. c. 4. num. 15.
- 26 In ¶ Consistorio namque non nisi grauia, ardua, ac seriosa tra-
 ctantur, vt referunt Octavianus Vestrius, in Practica Romanæ
 Curiæ, lib. 1. cap. 1. num. 2. vers. hic denique. Madosius, in d. q. 3.
 num. 6. & Dominus Cardinalis Paleottus, de Sacri Cōsistorij con-
 sultationibus. p. 2. q. 7. circa finem. & p. 5. q. 8. vers. de grauitate. &
 27 q. 11. vers. post hac cum dies. ¶ Si enim Barbarius ille Philippus
 Prætor Romanus de minimis non curabat, l. Barbarius. ff. de offic.
 prætoris, iuncta l. scio. ff. de restit. in integr. curabit ne forsitan, &
 in illo potissimum loco, de iniurib; rebus maximus Ecclesiæ Præ-
 28 tor, Romanus scilicet Pontifex? ¶ Indubitate siquidem, ac rece-
 pta sententia est, quod illa, quæ Decreto, ac præsentia summi Pon-
 tificis terminanda sunt; grauia semper, & ubiq; iudicantur, vt ad-
 uertit Iosephus Mascardus, de probatio. vol. 1. conclus. 34. num. 8.
- 29 Quinimo, ¶ nec illis Episcopis verum Pontificium honorem
 auferre debet, quod titulares appellantur, iuxta Concil. Trident.
 30 sess. 14. de Reformat. c. 2. ¶ Quia, & S.R.E. Cardinales, per excel-
 lentiam titulos habent (de quibus Conradus, in Templo omnium
 iudicium, lib. 2. c. 2. §. 1. num. 14.) quos habere dicuntur in suis Ec-
 clesijs, in quibus Episcopalem iurisdictionem exercent, vt patet,

ex Illustrissimo Domino Cardinale Baronio, ad Martyrologium Romanum, sub die 26. Iulij, in verb. Titulus, iunctis ijs, quos allegat Marcus Antonius Cucchus, in institutionibus maioribus, lib. 2. in tit. 4. in num. 63.

- 31 Iam † igitur cum causa illorū Episcoporum, quorum Episcopatus nouiter in terris Infidelium ericti sunt, grauis, ardua, ac disputatione digna habeatur: idem protectō; & a fortiori dicendum erit, circa præcipuos quatuor Patriarchas; qui Patriarchales illas sedes, ac amplissimas Provincias summo Patriarchali honore pacifice iam dudum possederunt; iuxta doctrinam Domini Cardinalis Iacobati, in tract. de Concilio, lib. 1. art. 4. num. 8. constituentis differentiam, inter Episcopūm titularem à principio
- 32 nulla tenentem; & illum, qui ab Episcopatu vi expulsus fuit. † Iustum siquidem est, vt in maximo semper honore habeatur memoria, alicuius pristine, & maximæ habita dignitatis. I. si. ff. de decurionibus, quam varijs exemplis exornauit Cattellianus Cotta, in memorabilibus iuris. in eo, quod incipit, Reliquia præcedentis officii, & tetigi, in Flosculo, de clericorum excellentijs, p. 2. nū. 80.
- 33 Constat † autem, prædictos quatuor Patriarchas in Patriarchalibus illis Provincijs multa, magna, ac honorificentissima posse esse, vt tergit Quintilianus Mandosius, in regula Cancellariae. 26. de beneficijs vacantibus per promotionem. q. 4. num. 2. in versic. amplius, quod latè supra probatum fuit.
- 34 Inter † hæc autem, illud est perpetua recondatione dignissimum, quod quemadmodum Romæ, summi Pontifices Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Senatum habent; iuxta c. Constantinus. 96. distinct. quod ex Innocentio, in c. cum I. & A. de re iudic. aduertit Paulus Borgasius, in tract. de Irregularitate. p. 6. tit. de Simonia. nū. 37. in vers. 3. & post Imolam, Capicciuum, & Ioannem Bolognentum accuratè obseruat, videndus Nicolaus Antonius Grauatius, ad Practicam Octauiani-Vestrij, lib. 1. c. 1. num. 8.
- 35 Ita † etiam summi illi, ac præcipui Patriarchæ habebant secum in consilio quosdam Episcopos, sibi semper astantes, ac familiares; qui non subiiciebantur alicui Metropolitano, vt obseruat insignis I. C. Petrus Gregorius, Syntagmatum iuris. lib. 15. in c. 9. de Patriarchatu in genere. num. 1.
- 36 Sed † neq; prædictis quatuor Patriarchis imputari debet, quod in Patriarchalibus illis sedibus nō resideant. Quamvis enim iura, & doctores passim, & merito inuehant in Episcopos, qui omisis residentijs suis, varias Principum Curias, in Caluaria locum conuertere

uertere videtur, dum ibidem capita sine corporibus (hoc est Episcopi sine Ecclesijs) reperiuntur; vt ponderauit Frater Ioannes Pedraza, in summa casu cōscientia. p. 1. c. 5. tit. delos clerigos, vers. si tienet beneficio curado. & ex eo forsan refert Alphonsus Vinal
 37 dus, in appendice ad candelabrum aureum. c. 9. nu. 4. ¶ Facit tex.
 in c. conuenior. 23. q. 8. ubi ex Beato Ambroſio habentur hæc verba, *Ad Palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret Sacerdotis officio, ut in Palatio magis certarem, quam in Ecclesia.*
 38 *sta.* ¶ Ex quo Conradus Brunus, de Hæreticis. lib. 3. c. 8. num. 12.
 dicebat, quod Palatia, ad Imperatores pertinebant, Ecclesiæ autem
 ad Sacerdotes. Quod satis aperte aduertit Trid. Concil. sess. 6. de
 Reformat. c. 1. verl. ac nihilominus, & tetigi, in Flosculo de Cle-
 39 ricorum excellentijs, p. 2. num. 118. ¶ Sed tamen cum prædicti Pa-
 triarchæ non voluntariè, sed coacte à dicta residentia impedian-
 tur, tantum abest, vt Patriarchalem honorem perdant, quod ma-
 gis ex eo, ab alijs catholicis viris honorandi, ac portandi veniūt;
 tum ex generali illa doctrina Bartoli, in l. si fidei usor. ¶ si necessa-
 ria. ff. qui satisfare cogantur, dum docet, laudandum illi magis es-
 se; qui non voluntariè in necessitate est positus, quam alijs, vt con-
 stat ex notabili Pelagijs secundi Epistola, ad Benignum Archiepi-
 scopum, que adhuc propositum tota notabilis est. de qua etiam
 meminit Gratianus, in c. scias frater, & in c. omnis qui gemebat.
 7. q. 1. ibi, *Nec ipsi in hoc peccant Episcopi; quoniam non sponte;*
sed coacte agunt.
 40. Quamuis ¶ enim Pontificali dignitate priuentur illæ ciuitates,
 que in Antistites suos rebelles existunt, c. fin. 25. q. 2. c. fœlicis. ¶
 ciuitas. de pœnis. in 6. Annibal Rocchus. in tract. visitationum. in
 princip. in glos. verb. ciuitates; illarum tamen Antistites suum ho-
 41 norem conseruant. ¶ Vnde Antiochenum Concilium, sub Iulio I.
 celebratum, in canone. 18. hæc habet verba: *Si quis Episcopus*
ordinatus non abierit in Parochiam, cui ordinatus est, non suo
vitio, sed plebis forsan contradictione; hic honorem susceptum
retinere debet. Tom. 1. Conciliorum. pag. 647. & refert Gratia-
 nus (licet alijs verbis) in c. si quis Episcopus. 92. dist. & Burchard.
 42. lib. 1. Decretorum. cap. 80. ¶ In sexta etiam Synodo, que est tertia
 Constantinopolitana, in can. 37. habetur in hunc modum. *Quo-*
niam diuersis temporibus Barbarica incursiones fuere, & ex eo
plurimæ ciuitates ab inquis subiugatae fuere, vi ideo non posse
eius ciuitatis Praeful, postquam ordinatus fuerit, suum Thronum
apprehendere; & in eo Sacerdotali constitutione collocari: Et
 infra.

infra. Nos honorem, ac venerationem Sacerdotio seruantes, & Gentilem iniuriam nequaquam ad Ecclesiasticorum iurium perniciem posse quicquam agere, volentes: &c. Ex quibus verbis aperte confunditur superius Andreae Gammari dictum, dum vanam dicebat esse Patriarchaliū sedium disputationē, ex eo, quod Patriarchales Prouinciae ab Infidelibus detineantur: & in opposito constat, eam optimè à me suscepitam fuisse, ut sic, & insignium illorum quatuor Patriarcharum honorem, & in Ecclesia significacionem defenderem; & Primum Rom. Pont. ex hac etiam noua speculacione deductum, ac conseruatum comprobarem.

- 43 Cum † enim Christianum catholicum, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore à Sacerdotibus honorandum esse etiam in quotidiani virtutis ministerio, optimè aduertit Carthaginense Cœciliū 4.in can.43. Et Sardicense Conciliū in can. 21. cuius hæc sunt verba; *Si aliquis vim perpessus est, & inique expulsi pro disciplina, ac Catholica confessione, vel pro defensione veritatis effugiens pericula, innocens, & deuotus ad aliam venit ciuitatem, non prohibeat immorari, quam diu, aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est, cum qui persecutionem patitur, non recipi, etiam & sacra benevolentia, & humanitas est ei exhibenda.* Hæc Sardicense Conciliū. & refert Burchardus, in lib. 1. Decretorum. c. 119. Hinc facile erit colligere, quid erit dicendum, quando similia insigniores patres, & Ecclesiæ Antistites (puta quatuor præcipui Patriarchæ) patiuntur. † Non enim plecti malum videri debet, sed dignum fieri supplicio, vt dicebat magnus ille Dionysius, de Diuinis nominibus. c. 4. vers. sed ne in Angelis, & S. Anacletus Papa, in Epistola 1. in princ. Quod aperte etiā docuit Beatus Petrus Apostolus, in Epistola 1. cap. 4. ibi, *Si autem, ut Christianus; non erubescat.* facit l. si explagis. s. quidam ff. ad legem Aquiliam.
- 45 Præterea † si Episcopo, qui loco suo renunciavit, multa sunt honorificè reseruata. c. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatum renunciauit, gloss verb. quemuis Pontificem, in Clem. 1. de penis. Flaminius Parisius Episcopus, de resign. benef. lib. 1. q. 17. nu. 5. & seq. quomodo quatuor prædicti Patriarchæ vilipendi poterunt, & vana haberi eorum disputatio: cum illi, nec Ordini, nec Patriarchalibus sedibus renunciauerint?
- 46 Denique † si in laicali statu Duces, Marchiones, ac comites à suis dignitatibus violenter expulsi, pristinum tamen honorem, retinent: ideoque de iure in proprio loco Ducum, Marchionum,

ac Comitum sedere debent: ut ex alijs obseruat Cassanæus, in Catalogo gloriæ mundi, p. 5. consideratione. 49. ad fortiori profecto dicendum est idem, in quatuor præcipuis Patriarchis, ex manus illis sedibus tyrannicè, ac violenter expulsis. ¶ Cum Ecclesiastica secularibus sint pra ponenda, c. solita de maiorit. & obed. Cassan. vbi supra, p. 4. consid. 2. & tetigi in Floculo de Clericorum excellent. p. 2. num. 120. & seq.

48. Ex f quibus verbis, ac resolutiō dicendum est, quod quemadmodum Hierosolymitanā loca (quantumvis à Sarracenis occupata) sacrum suum nomen conservant; ut contra glo. iuris ciuitatis, in verb. Sacra. in s. sacræ res. Institut. de rer. diuisione, rectius obseruauit glossa iuris canonici; in verbo, Populo Christiano. in Clem. in 49 plerisque de electione. & ibi Ancharræ. num. 2. ¶ Vnde Hierosolymitanā ciuitas in c. fin. de Parrochij, & in Bullâ Cruciatæ (solita Catholicis Hispanie Regibus concedi) & alibi passim; communis 50 terra sancta appellatur. ¶ Quinimo, & ab ipsis Turcis suo idiomate nominatur Lecoult, id est, Urbs sacra; vt aduertit Abrahamus Ottellius, in Thesauro Geographico. in verb. Hierosolyma, & tetigi supra; sic etiam quatuor illi præcipui Patriarchæ licet Patriarchalibus Provincijs sint destituti, tamen verum Patriarchalem honorem conseruant, & supradictam gloriosam Euangelistarum in Ecclesia significationem retinent. ¶ Argumento sumpto, vel à persona ad locum, vel à loco ad personas, iuxta ea, quæ tradit Eucardus in locis legalibus, in loco. 85. & 91.

52. Quare f illorum auctorum sententiæ libenter me subscribo, qui docent, hos quatuor insignes Patriarchas, non tantum de bene esse, sed etiam de necessitate vocantlos esse ad Generale Ecclesiæ Conciliū celebrandum. Licet enim actu iurisdictionem, ac subditos non habeant, ad bonū tamen universalis Ecclesie, cuius causa agitur, cuiusque verè sunt Patriarchæ, vocem in illo deliberatiuam, ac decisiuam habent. vt obseruauit Dominus Cardinalis Dominicus Iacobatius, in tractate Concilij lib. 2. art. 2. num. 58. & seq. & num. 72. & seq. & sequuntur alij, quos pro hac parte allegat Petrus Cenedo, in collectaneis ad ius Canonicum. p. 2. collectanea. 108. nu. 3. quibus fauet Cærimoniale Romanum, in lib. 1. sectione 14. in c. 2. tit. de ijs, qui habent vocem deliberatiuam in Concilijs. per hæc verba. Aderunt igitur in Concilijs ad statuendum, Romanus Pontifex, tanquam Rector, ac moderator totius Ecclesie, Pastor Gregis Dominicæ, & omnium Episcoporum Episcopus, Sacre Cardinaliū Senatus, Patriarchæ &c. Hæc Cærimoniale Romanum.

manū . Et refert, & sequitur Franciscus de Radilla, in Chronogra-
 phia Conciliorū, in princ. tit. Cōcilijs, qui interēsse debeat? ¶ Quā
 verba de ijs quatuor potissimum Patriarchis intelligenda es̄t,
 probat illa vulgatā Philosophorum, ac iurisconsultorum doctri-
 na, quōd Analogum per se sumptum, stat in potiori significatu.
 I. i. ¶ qui in perpetuum. si si ager vētigālīs. c. si quem sub hac de-
 sent. excommunic. & tetigi supra; & expressit Cerimoniale Rom-
 num, vbi proximē, in c. 3. ¶ Quibus omnibus addo, quadrare om-
 nino, vt Pontificijs decretis, & generalibus Ecclesīa sanctionibus,
 quatuor insignium Patriarcharum subscriptiones inserātur; sicut
 in æterno Iesu Christi Domini nostri Euāngelio, Quatuor Euan-
 gelistarum Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis apparent testimoni-
 a. Vnde cum codex Euāngelij in medio Generalis Concilij sit
 colloqāndus, iuxta Chalcedon. Concil. de quo supra, in cap. 12.
 num. 62. & Patriarchæ quatuor in Ecclesīa, quatuor sacros Euan-
 gelistas representent, vt ostendi supra, in cap. 16. num. 17. & 19.
 deducitur necessario, oportunam esse in dicto Generali Con-
 cilio quatuor insignium Patriarcharum præsentiam, & subscri-
 ptionem. ¶
 55 Quo ¶ fit, vt licet quatuor insignium Patriarchalium sediū
 causa attento præsenti statu, quo est Patriarchalib[us] Provincijs
 destituta, tāquām quatuor alia minimia terre aliquibus videatur,
 sicque disputatione indignā: sed tamen ijs, qui in ea, quæ intrin-
 secus latent, considerant, quorum aliqua (fauente Dō) supra te-
 tigimus: non dubium, quod non, vt minimis quatuor, sed, vt me-
 lioribus, ac sapientioribus adæqua[n]da, ac comparanda videbi-
 tur; arg. c. 30. Proverbiorum, maximē cum ex ea (etiam præsen-
 ti rerum considerato statu) summi Romani Pontificis Primatus
 deducatur, vt dixi. Ut sic etiam apertissimē (contra Andream
 Gammarum) constet, fructuosa[m] esse de hac materia suscep-
 tā disputationē, ac catholico viro dignam. ¶ Nam, & ex paucis plu-
 ra intelligere, sapientia tribuit glo. in verb. opinari. ¶ i. in Au-
 thentico de cōsanguineis, & vterinis fratribus. ¶ Speculariu[m] si-
 quidē, seu imaginatiua intellectus est nobilissima pars, vt ex Baldo
 aduertit Cattelianus Cotta, in memorabili incip. Statuto Medi-
 56 lani disponitur. vers. nihilominus. in fine. ¶ Quod si ex predicto se-
 rili fundo vberrimos collegisse fructus, laudabile fuit; illi soli gra-
 tiæ sunt reddēda. De cuius plenitudine (vt dixit Ioā. in Buſg. c. 1.)
 oēs accepimus; Verissima quidē est A postoli Doctrina. ad Cor. c. 12.
 3. dicētis: Nō quod sufficiētes simus, cogitare aliquid à nobis quasi

ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ideo idem i. ad Corinth. c. 1. dicebat, qui gloriatur, in Domino glorietur.

Caput Vigesimum, & Finale.

De quadruplici, ac vera Patriarchali dignitate nedum in Ecclesia conseruanda, verum etiam ad digniorem,
& altiorem locum euenienda, ad maiorem
Romani Pontificis decorem,
& gloriam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Animalia quatuor sacra Apocalypsis ante, & retro erant plena oculis.*
- 2 *Euentus non aduersus, sed fauorabilis est in consideratione.*
- 3 *Tex. in l. non quemadmodum. ff. de Iudicij notabilis limitatio. & num. 6.*
- 4 *Mali non debent esse melioris conditionis, quam boni.*
- 5 *Rem in bonis nostris habere videmur, si actionem ad eam recuperandam habemus.*
- 6 *Ecclesia an perdat possessionem rei occupata a Tyranno?*
- 7 *Redintegranda sunt omnia spoliatis Episcopis.*
- 8 *Patriarchales Provinciae, quando a Turcarum tirannide liberabuntur?*
- 9 *Res facile ad pristinam naturam reuertuntur.*
- 10 *Proprium quatuor modis dicitur.*
- 11 *Causa propria quatuor modis consideranda,*
- 12 *Papa quatuor considerare tenetur ex S. Bernardo.*
- 13 *Summi Sacerdotis, quatuor vestimenta.*
- 14 *Rationale summi Sacerdotis quadrangulum erat, eratque in eo quadruplex Ordo Gemmarum.*
- 15 *Summus Sacerdos ferebat Rationale in pectore.*
- 16 *Rationali vtebatur summus Sacerdos, ad quatuor.*
- 17 *Papa non cogitur consilia DD. Cardinalium requirere.*
- 18 *Papa nunquam suis consiliariis caruit.*
- 19 *Ecclesiæ uniuersalis administratio apud Pontificem, nititur consilio Illusterrimorum Dominorum Cardinalium.*
- 20 *Patriarchæ quatuor præripui an in sacrum Illusterrimorum Dominorum Cardinalium Senatum sint admittendi, determinationis*

- nationi S.D.N. Pontificis est relinquendum.
Quæ verò Sanctissimum ipsius animum ad id mouere posse videantur. ibidem. & num. 22. & seq.
- 22 Papa dicitur habere iura in scrinio pectoris, etiam propter viros doctos, quos habet iuxta se.
- 23 Felinus post Petrum de Monte docuit Patriarchas quatuor debere esse in sacro Consistorio.
- 24 Marci Antonij Cucchi opinio circa Patriarchas, qualiter admittenda videtur?
- 25 Per distinctiones opinionum veritati appropinquamus.
- 26 Argumentum à Coniunctione duarum legum validum est.
- 27 In circuitu ratione sedis Patriarchalis quatuor sedes esse debere, ex antiqua collectione referunt Abbas, Ioann. Andr. Zabarella & alijs.
- 28 Auctor in praesenti opere quatuor adimplere curauit.
- 29 Materia Patriarchalis, ubi tractetur? In nullo peccare, Diuinitatis est potius, quam humanitatis. ibid.
- 30 Schismatici solent suos Pseudo Patriarchas de facto eligere in Oriente.
- 31 Patriarchæ Orientales sèpius promiserunt obedientiam Romano Pontifici.
- 32 Bernardi Lutzenburgi locus emendatus.
- 33 Moses Antiochenus Patriarcha fidei catholice professione fecit.
- 34 Gabriel Alexandrinus Patriarcha obedientiam dedit S. D. N. Clementi VIII.
- 35 Patriarcharum ceremonia, & ornamenta.
- 36 Mors omnia soluit.
- 37 Patriarcha ubi sit sepelliendus?
- 38 Patriarchæ in sacris tabulis scripti.

DEnique cum Apostolus Iohannes quatuor illa animalia sacra (quæ hos quatuor Euangelistas representare, supra ostendi) oculis plena esse dixisset, non sine mysterio addidit verba illa; ante, & retro, ut patet Apocalypsis. c. 4. & in integra cap. scriptum est. de electione, quam supra in serui. ex quibus verbis considero, quod ad dignitatem, & excellentiam Patriarchalis dignitatis, potissimum attendendum est, tum retro actum tempus, quo Provincias illas catholici Patriarchæ honorifice administrabant: tum futurum, quo per misericordiam Dei recuperatas ite-

- rum pacificè possidebunt. Cum verò de illo præterito tempore iā
 2 actū sit supra, restat, ut de futuro etiā aliquid proponam. ¶ Nam
 cum cunctus iste non tristis, vel aduersus sit, sed potius delecta-
 bilis, ac fauorabilis; merito beneficio iuris expectandus venit,
 argum. l. inter stipulantem. §. sacram. vers. sed hæc. sūdē verb. obl.
 l. si iactum retis emerō. ff. de actionibus empti. l. spem futuræ actio-
 nis. C. de donat.
- 3 - Neo ¶ obstat in hoc casu, regula illa l. non quemadmodum. ff.
 de iudicij, qua probatur, quod tractus futuri temporis, ad indi-
 cē non expectat; cum illa non procedat in iure de futuro, haben-
 te ordinem contingēt propter dolum possessoris, & culpam ad-
 uersarij. vt pulchrè aduertit Rodericus Xarez, in allegatione
 iuris 4. num. 4. & seqq. quem sequitur Ludouicus Molina, in tract.
 de Hispanorum primogenijs. in lib. 3. c. 14. num. fin. quod satis vi-
 4 detur ad casum nostrum applicabile. ¶ Nam aliter melioris con-
 ditionis viderentur persidi illi, in Patriarchalibus Provincijs vio-
 lenter intrusi; quam Catholici viri in iure, quod habent, ad illas
 recuperandis: quod esset, contra rationem tex. in c. eum qui. de
 præben. in 6. cum alijs, que tradunt Baldus, & Imol, in c. placuit.
 de præscriptionibus. vbi Petrus Paulus Parisius, in repet. num. 7.
- 5 ¶ Quanto magis, quod cū rem in bonis nostris habere videamur,
 quoties possidentes, exceptionem, aut amittentes, actionem ad il-
 lam recuperandam habemus, l. rem in bonis. ff. de acq. rer. domin.
 l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. tradit Tiraqu. de retractu con-
 ventionali. §. 2. glo. vniuersit. & 48. & in terminis Patriarcharū,
 obseruauit glo. verb. reuocari. & glo. verb. reuertaris. in c. Pasto-
 ralis. 7. q. 1. & Cardinalis Zabarella, in Clemen. in plerisque. de ele-
 ctione. num. 5. in vers. sed non de iure; hinc optime colligitur, ha-
 bendam esse in nostro casu, futuri temporis considerationem.
- 6 Quia ¶ regula d. l. non quemadmodum limitatur etiam in iure de
 futuro, si pendet ab eo, quod est de præsenti. vt ex l. 1. C. de sent.
 que sine certa quantitate proferuntur, obseruat ibidein Paul. de
 Castro, in num. 1.
- 7 - Quod ¶ verò Patriarcharum causa talis sit, vt ex iure de præ-
 senti, pendat ius quod haberet in futurum dato, quod non admit-
 tatur Baldi doctrina, in l. male agitur, in prima. num. 8. in versic.
 diuin. ego esse coram Urbano Papa. C. de præscript. 30. amorum;
 vbi tenet, quod Papa, & Ecclesia non perdit possessionem tñrum
 occupatum a tyranno; prout doctrinā illam non admittit Ab-
 bas, in c. inter quatuor, in princ. notab. 1. de maior. & obed. adhuc
 tamen,

- tamen, quis audebit negare, quod ius catholicis Patriarchis competit, ad Patriarchales illas suas Prouincias recuperandas?
- 8 Redintegranda tñ nñmque esse omnia spoliatis, ac electis Episcopis, tam ex Synodalibus Patrum decretis, quam Regum edictis, constat in rub. de restit. spoliat. & l. vi pulsos. C. vnde vi, & expresse, dixit Eusebius Papa, in Epistola 2. ad Aegyptios, circa finem, & habetur 3. q. 1. in c. redintegranda. 1. & 2. Comprobaturque ex ijs, quæ latè congerunt Anton. Gabriel, lib. 5. conclus. tit. de restitut. spol. conclus. 5. per totam, & Iacobus Menoch. in tract. de recuper. poss. in remed. 15.
- 9 Sed tñ & venturum esse, desideratum illud tñpus, quo Patriarches Prouinciae redient ad catholicos Patriarchas; prædictus B. Brigitæ, in lib. 7. suarum reuelationum. in c. 19. dicens, promisisse, Dominum nostrum, quod quando Greci verè redierint ad obedientiam Romanæ Ecclesie, & summi Pontificis, quem in Ecclesia Vicarium suum reliquit; quod tunc ab iniqua, & tyrannica Turcarum oppressione liberabitur, & ex ea refert insignis ille Roffensis Episcopus Ioan. Fischerus, in confutatione assertionis Lutheranae, in artic. 25. vers. miror impudentiam tuam. circa fin.
- 10 Prædictam etiam Patriarchalium Prouinciarum futuram recuperationem sensit etiam Benedictus XI. in extraulag. sancta Romana de electione, in illis verbis. *Vt quamdiu ciuitates ipsæ scilicet maticorum, aut Infidelium subsunt; aut subderunt ditioni, aut detinebuntur per eos.* Hæc Pontifex. Ut hæc verba in casu iustæ expectatæ recuperationis aliquid operetur, iuxta not. in l. si quando ff. deleg. 1. & alia, quæ pro eius ornatu supra allegauit; Iuncta etiam vulgata doctrina sumpta, ex c. ab exordio: 35. dist. qua dicitur, quod res facile reuertitur ad pristinam suam naturam; & exornat Gomesius, in repet. c. 1. num: 71. & seq. de constit. in 6. sup huius.
- 11 Vnde tñ cum à partium enumeratione omni tempore, præterito videlicet, præsenti, ac pie sperando futuro, digna, laudabilis, honorificentissima que sit, quadruplex ista vera insignium Orbis Patriarcharum Constantinopolitanæ, Alexandrini, Antiocheni, ac Hierosolymitani dignitatis erector, quæ celebri illa Euangelistarum significatione Ecclesiam sanctam decorat, Romanique Pontificis Primatum ostendit; vt late supra probauit: infertur aperi-
tissimè, quod merito ab omnibus eruditis, ac catholicis viris in maximo pretio sit habenda. Quinimum non immerito confidere potest, quod Apostolica Romana sedes specialibus fauoribus, ac Privilegijs eam augebit, veluti specialem, ac propriam ipsius quoq;



- quoq; Rom. Pont. causam ; iuxta quatuor illos modos proprij de quibus agit Petrus Gregorius, in Syntaxi artis mirabilis, lib. 2.
- ¶ 12 in c. 13. † Vel iuxta quatuor illos modos propriæ causæ, ratione vi delicet vtilitatis , iuris rei , iuris instantia , ac iuris officij , de quibus agunt Bald. in l. omnibus, num. 2. & seq. C. de testi. & in l. di- & antibus, num. 4. C. de testam. Boer. decis. 44. num. 28. & ex Aristotele, ac Porphirio Rebuffus, in l. interdum, in verb. propietatem . vers. Porphirius. ff. de verb. signific. vt sic, quadrigam suam Rom. Pontifex saluet, vt supra ponderabam. in c. 15. num. 19.
- ¶ 13 Cum † enim considerare, quæ circa se sunt, vnū sit, ex quatuor illis præcipuis, quæ Beatus Bernardus Eugenio Papæ summè consideranda , suasit ; vt refert Bartholomæus à Martyribus Bracharen sis Archiepiscopus , in Aureo libro , cui titulus , Stimulus Pastorum , fol. 17. non est dubium , quin Romanus ipse Pontifex pro summa sua prudentia , diligenter circunspicit (ob Pontificij signanter culminis sui honorem) illa omnia, quæ ad decorum insignis quadruplicis Patriarchalis dignitatis competant : & signanter an, & quando admirabilis iste quadratus Orbis Patriarcharū numerus , intra sacrum Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Senatum admittendus sit, & speciali modo circa se habēdus.
- ¶ 14 Hac † enim (vltra superiora mysteria) quadruplici dignitate magis circa se habita, decoratus semper incedet summus Rom. Pont. tanquam summus alter sacerdos, cum illis quatuor vestimentorū generibus, de quibus, ex libro Exodi meminerūt Innocentius III. lib. 1. mysteriorum Missæ, cap. 11. & Cassanæus in catalogo gloriæ mundi. p. 1. consid. 38. in conclus. 3.
- ¶ 15 Præterea † summus ille Sacerdos in lege veteri insigni illo Rationali vtebatur , dicebaturque Rationale iudicij. Erat autem illud quadrangulum, & quatuor lateribus æqualibus ad rectos Angulos coniunctum, in quo erat etiam quadruplex Ordo Gemmarum , vt habetur, exodi. cap. 28. & accuratè describit doctissimus Arias Montanus Hispalensis , in libro Aaron , siue de Sanctorum
- ¶ 16 vestimentorum descriptione. † Ferebat vero summus ille Sacerdos Rationale in pectoro , & cum eo quadruplicem sacræ scripturaræ sensum declarabat , vt inter alios aduertit Gulielmus Durandus, in rationali diuinorum officiorum in proæmio, num. 18. in fi.
- ¶ 17 Cum † eoquæ inter illa quatuor bonum, & malum, verum, ac falsum discernebat , vt referunt Innocentius III. in Sermone 2. de consecratione summi Pontificis, in vers. rectè igitur, & in libro 1. mysteriorum Missæ , cap. 25. & seq. & Gulielmus Durandus vbi supra.

- supra lib. 3. cap. 19. num. 2. Quibus adde Illustrissimum Cardinalem Baronium, in Annal. Ecclesiast. tomo 1. sub anno Christi 17. pag. 92. vbi ex Philone & Iosepho preclaris de Rationali obseruat. *M*uchius *V*elut collis, & tuus ab illo de 18. ipsam ab
18. Quo † fit, ut licet Roman. Pontifex in rebus utcumque arduis (saltem de plenitudine potestatis) etiam Illustrissimorum Do- minorum Cardinalium consilium requirere non cogatur, sicuti de magis communi opinione testantur Ferdinandus Menchaca, lib. 1. controversiarum Illustrium, cap. 23. Marcus Antonius Cucchus, in Institutionibus maioribus lib. 2. tit. 2. de summo Pontifice. num. 59. videndus Dominus Cardinalis Gabriel Paleottus, de Sacri Confistorij Consultationibus. par. 1. quast. 3.
19. per totam: † Quia vero (sicuti decebat) nunquam suis consiliariis caruit, vt omnes testantur, & post Barbaciā, & Lan- cellotum Conradū aduertit idem Cucchus, vbi proxime,
20. lib. 2. tit. 4. de Cardinalibus, num. 8. † Sicut, & modo Ecclesia vniuersalis administratio apud Romanū Pontificem, corundem Dominorum Cardinalium consilio nititur: iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. cap. 1. in fi. & tetigit Thomas Stapletonus, de magnitudine Romana Ecclesiae, lib. 2. cap. 13.
21. † Congruentissimum videretur (si tamen ita Sandis. D. N. Pontifici videatur) quod in sacro illo Confistorio, illorum, etiam quatuor Patriarcharum insignium consilio, ac industria vteretur; vt ex mystico isto quadrato scrinio suo Pontificio pectori iuncto, expressiore quadrati illius Rationalis summi Sacerdotis significationem ostenderet, ad superiora illa quatuor notabilia declaranda, ac decidenda.
22. Celebris † namque illa, in cap. 1. de constitutio. in 6. decisio quod Roman. Pontifex omnia iura in scrinio pectoris sui censematur habere; quamuis principaliter ob mirabilem illam sibi a Deo concessam auctoritatem intelligatur; Sunt tamen viri graues, ac catholici, qui eam etiam extendant, intelligentes propter viros doctos Papae consilio assistentes. vt speculator fuit Abbas, in c. cum ex litteris. nu. 4. vers. quinto nota. de in- grum restitu. quem adhoc, vna cum Bartholomeo Belenzino, in tract. de charitatuo subsidio, in q. 66. & Andrea Barbacia, in rubr. de testamen. num. 17. in fine allegat, & sequitur. Conua- lentinus Rotz Auditor, & Sarneensis Episcopus Ludouicus Go- mes, in repet. d. c. 1. nu. 100. Lancellotus Corradus in templo om- nium Iudicum. lib. 1. c. 1. §. 3. vers. consultatione vti. num. 12. & seq. & Thomas Actius, in tracta. de ludo scacchorum, q. 6. num.

6. & seq. vbi hoc notabile dictum Cyno tribuit, in l. omnium.
C. de testamen.
23. Vnde † Felinus (licet non hac ductus consideratione) in rubr.
de maior. & obedien. num 2. allegando Petrum de Monte, in sua
Monarchia dicebat, debere hos quatuor Patriarchas in Consil
24. storio, vna cum Illustrissimis DD. Cardinalibus sedere. ¶ Et
quamvis dum Patriarchæ prædicti Cardinalitijs insignijs non
decorantur, magis adherendum sit Marco Antonio Cuccho, in
institutionibus maioribus, lib. 2. tit. 7. de Patriarchis. num. 13.
contrarium tenenti: Illis tamen aliquando consequitis insignijs,
postea in sacro illo Cardinalitio adstantes senatu ad honorem
Ecclesiaz, summiq. pontificis (velut quatuor illæ etiam Cardina
25. les virtutes) mirabiliter iuxta prædicta fulgebunt. ¶ Et hanc
mediam viam eligendo, contraria Doctorum sententia ad su
uum consonantiam reducentur, dum alij affirmant, intra sacrū
senatū quatuor Patriarchas esse debere: Alij verò negant. Per has
enim distinctiones veritati appropinquamus, vt in simili ponde
rat Illustrissimus D. Cardinalis Mantica, in tract. de coniect.
yltim. volunt. lib. 8. tit. 3. num. 9. quod laudabile esse, aduertit
Ramundus Ruffus, in Molinæum pro Pontifice Maximo sub nu
mero 25. in princ.
26. Præterea † quāvis superiora fundamenta ad molem istam (li
cet grauiissimam) sustinendam, leuia dici non possent, adhuc
tamē pro maiori soliditate illius, quadratum aliud ex Diuino si
mul, & Canonico Iure decreui illi ponere fundamentum: Recep
tum siquidem est, argumentum à coniunctione, seu combina
tione duarum legum validissimum esse, ex Euerardo, in loco
27. legali. 28. † Quod igitur insignes quatuor prædicti Patriarchæ
in sacro illo Purpuratorum senatu circa Pontificem sedere de
beant, irrefragabiliter inhiprobare evidetur, cap. primum E
zechielis, iuncto cap. inter quatuor. (cum sua integra, quam
supra adduxi) de maiestate, & obedientia, & c. 4. Apocalyp
sis, iuncto c. scriptum est. (iunctaq. antiqua sua collectione, quā
etiam supra adduxi) de electione.. Nam animalia illa quatuor
sacra ab Ezechiele præuisa, in dicto c. 1. quæ Innocentius Ter
tius in d.c. int̄ quatuor. ipxta integrā literā, vt dixi, ad qua
tuor præcipuos Patriarchas applicauit: Ioannes Apostolus, in
d. cap. 4. Apocalypsis, in medio, & in circuitu Sedis videlicet te
statur: Hinc idem Innocentius III. in d.c. scriptum est. de electione,
notabiliter speculatus fuit, in circuitu ratione sedis Patriarcha
lis,

lis, quatuor sedes esse debere. Quæ verba scripta ita fuisse in antiqua collectione, refert in d. c. Scriptum est. Abbas Panormitanus, in notab. i. vbi Ioannes Andreas expresius de hoc fidè facit, dicens, Prosequebatur, in antiquis, quod per hoc figuratur, in circuitu Romanae sedis Patriarchales quatuor esse debere. Et sequitur etiam in eodem c. scriptum est. Cardinalis Zabarella; in princ. & videndus ibi Butrius, num. 2. Et quāvis formalia verba dictæ integræ litteræ, d. cap. scriptum est. quæ ex Vaticana Bibliotheca accepta, inserui supra, in c. 16. num. 17. paulo aliter se habeant, quam referant Abbas, Ioan. And. Card. Zabarel. & Butrius; eundem tamen clarum, & apertissimum sensum habet, videlicet; quod quatuor Patriarchales sedes in circuitu Sedis Romanae debeant esse. Vnde manifeste apparet, quatuor insignes patriarchas prædictos, circa Patriarcharum Principem, sumnum scilicet Pontificem esse debere, in sacro illo senatu. Quibus omnibus hauc notabilem adiungo considerationem, ex d. c. 41 Apocalypsis, quod postquam quatuor illa animalia sacra, quæ hos quatuor Patriarchas (ut sepius dictum fuit) representant, dabant gloriam, & honorem sedenti super thronum; tunc procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, quod videtur summe notandum.

28. Ex quibus † cum Ecclesiastica post summū Pōtificatum dignitas, nec ulterius progredi, nec altius ascendere, possit: consule finem nostræ suscepit & disputationi imponimus. Ex eamnamq. quatuor (quæ satis esse videntur) notabilia deducuntur. Primum, expressum esse in iure, communiq. opinione receptum, quatuor esse veraciter in toto Orbe insigniores post Rom. Ecclesiam Patriarchales sedes; Constantinopolitanam scilicet, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam: Secundū, quod quatuor illarum sedium Patriarchæ celebrem illam, ac gloriosam in Ecclesia sancta, quatuor Evangelistarum significationem retineant. Tertium, quod ideo nedum antiquis, vt cumque magnis priuilegijs gaudeant, verūm etiam ad Cardinalitiū honore in ascendere (si S. D. N. videbitur) mereantur: Quartū, denique in necessarium consequens, quod pulchra, pia, necesaria, ac viro Catholico digna fuerit, ad honorem Ecclesia, & Rom. Pontificis primatū suscepit hæc (Deo adiuuante) de numero quatuor Patriarchalium sedium disputatione. Quam spero in Domino, quod viri graues, pijs, ac docti benignè souebunt; & ad prædictos effectus utilem iudicabunt.

29. Sed & † cum solius Dei perfecta sint opera, & in nullo penitus

peccare, Diuinitatis potius, quam humanitatis sit. Ita. 3. sed
 quia Diuinus. 1. dedit nobis. 3. siquid autem. C. de Veteri iure c.
 nucleam. hanc etiam ex imperfectione stylilli, vel alias praesentis
 operis dabo viris doctissimis occasionem bonam, ut tam ex ijs,
 que habentur, in c. Constantinopolitana, cap. dissimilis. 22.
 distin. cap. scriptum de electione c. inter quatuor. de maior. 80
 obed. c. graue. de prabeni. c. antiqua, de priuileg. Clemens in
 plerisq. de electione. Extrauag. Sancta Romana cod. tit. in com-
 muniibus, cum similibus adductis per Aluarum Pelagium, de
 planctu Ecclesie, lib. 2. c. 17. Petrum Gregorium, Syntagma
 Iuris, lib. 15. maxime, in c. 5. 6. 7. & 8. Antonium Augustinum, in
 Epitome veteris Iuris pontificij, p. 1. de personis. lib. 2. de Patriar-
 chis. Matthiam Vgonium Phamagustanum Episcopum de prae-
 stantia Patriarchali, Julianum, super Nouellam Iustinianum, 131.
 num. 507. quem allegat Dionysius Gortisfredus, in Scholio ad
 & Nouellam. in §. 2. Lelium Zecchium, de Republica Ecclesiastici
 ca. tit. de Statu Patriarcharum, & alios, quos supra latè allega-
 ui: quam ex nouis eorum considerationibus, pro eadem Eccle-
 siæ utilitate, & Romani Pontificis primatu cognoscendo, incepta
 à me materiam vellint subtiliter emendare; sicq. ampliorem
 laudem consequi, iuxta, l. 1. vers. opinia. C. de veteri iure enu-
 cleando, ut in simili dicebat Ioannes Hugo, in tract. de offic.
 quatuor Prælatorum, in prologo, num. 5. & terigit, videndum
 Ramundus Ruffus, in Molinæum, pro Pontifice Max. sub num.
 pag. 15. in parvo.
 30. Illud autem non omittendum est, quod licet indictis Patriarchali-
 bus Præsidijs degentes schismatici audeant quendam pseudo
 Patriarcham de facto eligere, etiam contra dispositionem Clemens
 in plerisq. de electione, offerendo Turcarum Principi magnam
 pecuniae quantitatem, ut refert Hugonius Phamagustanus E-
 пископъ, vbi proxime, in vers. nec ab alio, & tetigit Paulus
 Burgensis Episcopus, in additione ad c. 13. Apocalypsis, posita
 post glossam ordinariam, & postillam Nicolai de Lyra, in vers.
 31 secundo verò: non tamen saepius prævaricatores predicti redeun-
 tes ad cor, respicientesq. petram, ex qua excisi fuerant, ut ha-
 betur Isaia. in cap. 51. diuersis legationibus, ac procuratorijs
 mandatis ad Apostolicam Romanam sedem redeundo, obedien-
 tiam Christi Vicario Romano Pontifici dederunt, ut de Antio-
 cheno illo Montis Libani patet, in Lateranensi Concilio, sub
 32 Leone X. in sess. 11. tom. 5. Conciliorum pag. 162. Ex

quo

quo loco, emendatidus est locus fratris Bernardi Lutzemburgi, in catalogo hæreticorum littera, M. vers. Maronitæ.

33 Moses † etiā Mardenus Antiochenus Patriarcha, anno 1552. fidei Catholicæ professionem fecit, vt habetur, in Bibliotheca Sanctorum Patrum nouæ editionis. tom. 7. pag. 1177. ubi paulo post, alia legitur similis alterius Patriarchæ professio. Et de alijs constat etiam in Conc. Florentino.

34 Nouissime † verò Gabriel Alexandrinus Patriarcha (secundum suam computationem à S. Marco, nonagesimus septimus) fidei professionem fecit, obedientiamque Romanæ sedi, & Sanctissimo D. N. Papæ Clementi Octavo promisit, Romæ, 15. Ianuarij 1595. in sacro Consistorio; per legatos suos Iosephum, & Abdelmasiam missos ex Aegypto. Quod memorabile factum merito literis commendauit Illustrissimus D. Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis tom. sexto, in fine, pag. 691. & seq. Fuitque per dictum Patriarcham ratificatum, missis ad hoc authenticis instrumentis, in Aegypto receptis, die 14. Ianuarij 1597. & in sacro Consistorio, S. D. N. exhibitis, die 25. Iunij eiusdem Anni.

35 De † Cæremonijs verò, ac ornamentis Patriarcharum agit idem Phamagustanus Episcopus, in dicto tract. de præstantia Patriarchali, in vers. non legimus plura, & Dominicus Iacobatus Cardinalis in tract. de Conc. lib. 1. artic. 1. nu. 254. Addens, Patriarchalem habitum, chlamydem esse rubeam: & murellum capellum. Quod est notabile, vt, quæ supra aduerti, de admittendis hijs quatuor Patriarchis intra sacrum Purpuratorum seatum, facilius procedere possint.

36 Ultimo † verò, cum nouissimorum debeat fieri recordatio, Ecclesiasti. cap. 7. cumque mors omnia soluat, vt habeatur. in §. deinceps. in auth. de nuptijs. quod latè exornauit (iuridico methodo) Ioannes Medices, in tract. mors omnia soluit. † Sciendum est, quemlibet ex quatuor istis Patriarcham Catholicum decedentem; sepeliendum esse in Cathedrali Ecclesia illius loci, in quo mori contigerit. vt aduertit Petrus de Vbaldis, in tract. de Canonica Episcopali, in cap. 9. num. 32.

37 38 vt in morte etiam tantus decoretur Antistes. † Ut ita postquā in sacris tabulis, seu diptychis nomē eius receptū fuerit, iuxta ea, quæ Cōualētinus Ioānes Baptista Cardona Episcopus Dertuseñ. scripsit de diptychis, maxime dum allegat Accillē Statium, dicentem, hoc solis Patriarchis competitisse; tandem ex honora-

bili-

bili sepulchro, virtutibus Pontificijs plenus gloriosus resurgat; & æternam beatitudinem consequatur. Quam precibus, ac meritis Sanctæ Mariæ Virginis, Apostolorum Petri, & Pauli; SS. Dionysij, Catherinae, utriusq; Vincetij, Iuonis, Agnetis, ac Lucie, cuius hodie festum celebramus, ac denique Sanctorum omnium: concedere nobis dignetur Rex Angelorum. Amen.

*Regi Saculorum Immortali, & inuisibili soli Deo
honor, & gloria in sacula sacu-
lorum. Amen.*

FU **I** N **I** S.



INDEX MATERIARVM PER ORDINEM

ALPHABETI.

In quo primus numerus, numerum Capitum significat, secundus, numerum in margine, tertius vero paginam indicat.



- B B A S Panormitanus ab aliquibus notatus fuit. c. 18. num. 14. pag. 199.
Alius est ab antiquo Abbat. 2. 14. pag. 13
Abacuc. cap. 3. ibi; Ascendes super equos tuos, & quadrigætuæ salutatio; etiam ad Papam, & quatuor Patriarchas applicatur. 15. 19. 152
Abesse non dicitur, qui statim redditurus est. 9. 31. 81
Absurdum est euitandum. 4. 26. 38
Accessorium naturam sequitur sui principalis. 3. 48. 29
Actio bona quadruplicem bonitatem requirit. 11. 32. 107
Actio contra ingratos redacta est ad certos aliquos casus, ne alias omnia fora, ac tribunalia occuperet. 10. 19. 88
Adam datiuus homo, non natus fuit creatus ex terra sumpta ex quatuor mundi cardi-

nibus, quod innuerunt quatuor sui nominis literæ. 11. 28.

Admirallus Magnus habet sub se quatuor magistros militum. 15. 45. 156

Adrianus Papa II. ostendit quatuor esse præcipuos Patriarchas. 4. 39. 41. Assensum prebuit consecrationi Tharasii in Patriarcham Constantinopolitanum. 10. 8. 86. Concessit Carolo Magno facultatem eligendi Pontificem. 10. 34. 90

Agnus Paschalis torrebatur ad ignem in figuram Crucis similem conformatus. 11. 59. 111
Agri medijs funibus mensurantur. 15. 5. 150

Albericus de Rosate fallitur circa Grandensem Patriarchatū. 2. 31. 16. Adducit tenorem donationis Constantini Imperatoris. 10. 11. 87

Alfonsus à Borgia Valentinus, qui fuit Papa Calixtus III. laudatus in dicendis sententijs in Consistorio, quando erat

Cardi-

I N D E X

- Cardinalis. 12. 33. 121
- Alexandrina Ecclesia cur Antiochenæ preferatur in ordine Patriarchali. 13. 46. 29
- Alexandria dicta est Orbis Theatrum. 8. 1. 71. à quo, & quando condita, ibidem. 2. 72. Quare facta patriarchalis. ibidem. 1. & 8. Ciuitas est Nobilis, Clarissima, & alijs decorata epithetis. ibidem. 4
- Alexandrina præfectura longe præstabat præfecturæ Syriae. 8. 9. 72. & seq.
- Alexandrine diuinitæ. Adagium. 8. 3. 72
- Alexandrini dicuntur fallaces, & seditionibus delectari. 8. 5. 72. Appellantur primary, seu primates respectu aliarum ciuitatum. ibidem. 6. Putarunt suum Patriarcham Mitræ, & Papæ nomen consecutum. 18. 25. 201
- Alexandrinus Patriarcha habuit decem suffraganeos Metropolitanos. 8. 10. 73. Qualiter dicitur parilem potestatem habere cum Romano. 17. 74. & seq. 191. Sedebat in Missa ad sectionem Euangeli. 18. 23. 201 præsumpsit excommunicare Papam, & prelatos Chalcedonens. Concilij. ibidem. 27
- Analogum stat in potiori significacione. 19. 53. 219
- Anathema sit, quid importet. 5. 54. 55
- Anaxenoras Citharedus consequitus est à Marco Antonio tributa quatuor ciuitatum.
15. 26. 153
- Anchora quatuor in Naui Apostoli Pauli. 15. 22. 153
- Andreae Gammari opinio circa disputationem Patriarchalium sedium reycitur. 19. 4. 211
- Angeli quatuor parati erant ad nocendum. 15. 59. 157
- Angeli quatuor mouebantur ad nutum alterius Angeli babentis signū Dei viui. 15. 64. 158
- Angelus, qui apparuit Ioanni Apostolo dicēs, Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius; designauit S.Vincentium Ferrer Valentinum. 12. 43. 122
- Anglicus status miserè existimat Elisabetham suam Reginam esse caput Ecclesiæ. 18. 4. 197
- Annibalis Rochi opinio expensa. 13. 15. 132
- Animæ creatæ à Deo ob quadruplicem finem. 11. 64. 112
- Animæ, quæ peccauerit, ipsa morietur. 18. 45. 205
- Animalia quatuor sacra apud Ezechiem significant quatuor Evangelistas. 16. 3. 161.
- Et quatuor Patriarchas preciosos. ibidem. 4. 5. 17. Qualiter cuique applicentur, ibidem. 11. 162. Quas alias habeat significaciones, ibidem. 16. 163. Plena erant oculis ante, & retro. 20. 1. 221. Coniunctas habebant penas alterius ad alterū. 5. 72. 58
- Antiochia dicta Theopoleos. 7. 11. 70. Dicta Epidaphne, ob simulacrum Appollinis, ibidem. 4. 69. à quo condita. ibidem. 5. quare

I N D E X.

- quare Patriarchalis facta. 24. & seq.
 ibidem. 6
- Antiochiae nomen commune fuit
 multis ciuitatibus. 7. 3. 69
- Antiochena Ecclesia à Petro fun-
 data, prius quam Romana.
 7. 1. 69. Appellatur Germana
 Romana. ibidem. 7
- Antiochenus Patriarcha dictus
 Catholicus. 7. 8. 69. Habuit cen-
 tum quinquaginta suffraga-
 neos, in Euangeliō designatos.
 ibidem. 9. Possidebat duas Phe-
 nicas, & Arabiam. 9. 14. 76
- Antiphonarum usus in officio Ec-
 clesiastico ab Antiochena Ec-
 clesia duxit originem. 7. 9. 69
- Antistites Ecclesia communiter
 docēt, quod quatuor sunt pre-
 cipui Patriarche post Roma-
 num. 4. 28. 38. Nihil habent cū
 Christo, si Papae non obediunt.
 17. 65. 188. & seq.
- Antiquitas tēporis inducit præ-
 sumptionem, quod aliquid re-
 cte, ac solemniter factum sit.
 10. 85. & seq. 98. & seq.
- Antonius Rosellus notatur, quod
 libere scriperit. 18. 13. 199
- Annus Iubilei 1600. celeberrimi-
 mus, & quaternaria obserua-
 tione decoratus. 14. 1. 141
- Annulus sponsae inseritur quar-
 to digito. & quare. 13. 6. 130
- Apollonis simulachrūm quatuor
 aures, & quatuor manus ha-
 bebat, & quare. 11. 19. 105
- Apostolica Sedes numquam mo-
 ritur. 10. 50. 92. An possit à Ro-
 ma mutari. 12. 56. 124
- Apostolica Ecclesia multa fue-
 runt. 3. 26. & seq. 24. & seq.
 Apostoli Domini celebrarūt qua-
 tuor Concilia. 12. 51. 123
- Apostolorum quatuor genera. 12.
 51. 123
- Aquila est insignē Imperatoris.
 16. 11. 162. & Romani Impe-
 rij, & quando, & quare ince-
 pit habere duo capita. 10. 13. 87
- Sola educebatur ē castris, cum
 dimicandum erat. 16. 45. 172
- Aquileiensis primatia capit occa-
 sione cuiusdam schismatis. 2.
 3. 2. 16. Desolata remansit, qāia
 diuisa in Grandensem. ibidem.
33. Nō fuit ex quatuor præci-
 puis Patriarchalibus. ibid. 31
- Ara, in qua antiqui Diys suis im-
 molabant, quadrata erat. 11.
45. 109. Congruentius nunc ta-
 lis est ad Missam celebrandam.
 ibidem. 46
- Archiepiscopus, & Metropolita-
 nus idem. 1. 24. & seq. 6. & seq.
- Differt à Patriarcha, contra
 Cuiatum, & alios. ibidem. 30.
 & seq. Non potest Concilium
 prouinciale vocare sanctam sy-
 nodum. 6. 25. 65
- Ardua causa est, quæ ad honore
 Ecclesiæ pertinet. 19. 23. 214
- Argumētum valet ab Adunatis.
 5. 35. 52. De personis ad res. 14.
 31. 145. De loco ad personas.
 19. 31. 218. A coniunctione dna-
 rum legum. 20. 26. 226. A Ru-
 brica. 4. 48. 43. Continet qua-
 tuor species. 12. 40. 121
- Artifex excellens multa habet in
 iure specialia. 15. 23. 153
- Attributa Dei quatuor sunt, quæ
 concur-

INDEX.

- concurrunt in omni effectu di-
 uino. 11. 30. 107
 Atrilia quatuor amba per cir-
 cuitum parietis domus Domi-
 ni. 15. 22. 153
 Auaritiam odire debet optimus
 magistratus. 12. 21. 119
 Auctores librorum ratione tem-
 poris aliqua prætermittere de-
 bent, quæ scribenda alias erat.
 3. 4. 19. Habent actionem tan-
 quam pro magno furto, si eis
 M.S. Codex furatur. 10. 25.
 89. Furtum committunt, &
 ingratitudinem, qui sibi tri-
 buunt aliorum dicta, & scri-
 pta. 11. 8. 104. Aliqui soliti sunt
 sibi tribuere aliorum dicta.
 ibidem. 9. & seq.
 Auctor huius operis qua occasio-
 ne motus, ad illud scribendum.
 3. 1. & seq. 18. & seq. & 19. 42.
 217. Quatuor in eo adimpleuit.
 20. 28. 227. Viris doctis subycit
 bud. ibidem. 29. Quid adverte-
 rit in quadam insigni Ecclesia
 18. 19. 200. In patrio Gymna-
 sio ex Catechismo arguit 4.
 46. 42. Ad Sacram Cœciliy Tri-
 dent. cōgregationem mittit iu-
 ris allegationem, & quale Re-
 sponsum acceperit. 6. 31. & seq.
 66. Nouè speculator quatuor
 illas Romanas literas. S. P.
 Q. R. pro materia, & ornamen-
 to huius operis. 18. 63. 208
 Auditores causarū sunt in qua-
 druplici differētia. 14. 35. 146
 Auditores Vallis solitani, & Gra-
 natenses in quatuor classes, &
 aulas diuisi sunt, ad ius red-
 dendam. 12. 21. ~~Autem~~ 119
 Aut quinque bibe, aut ter, aut ne
 quatuor. Adagium. 11. 13. 105
 Azo insignis I. C. Bononia dicti-
 tur decapitatus. 15. 25. 153
- B**
- B** Aculus pastoralis Episcopo-
 rum curuatus est, ut limi-
 tatum eorum potestatem often-
 dat. 17. 50. 185
 Baldus nihil ignorauit in iure.
 5. 59. 56
 Baptismus post commissum deli-
 Elium suscepimus, non tollit poe-
 nam in foro exteriori. 4. 46. 42.
 Requirit pro forma, nominare
 Diuinās personas, adiecta di-
 etione. [Et] 5. 51. 55
 Illustrissimi Card. Baronius, &
 Belarminius duo sunt huius
 nostri temporis lumina. 1. 2. 3
 Illustrissimi Card. Barony locus
 insignis, de vero Patriarchatu
 Hierosolymitano. 9. 17. 77
 Benedictus Papa X I. aperte
 ostendit, quatuor esse præci-
 puos Patriarchas. 4. 36. 40.
 & seq.
 Benefaciēti tenemur beneface-
 re. 10. 15. 87
 Beneficia redire in seipsa, quomo-
 do indicaret antiqui. 10. 46. 92
 Beneficia Dei hominibus collata
 innumerabilia sunt. 11. 38. 108
 Præcipua vero sunt quatuor.
 ibidem. 40.
 Beneficia trium Ecclesiārum Pa-
 triarchalium Roma sunt re-
 seruata Papæ. 16. 47. 172
 Beneficēti

I N D E X.

- B**eneficium Ecclesiasticum in
quatuor consistit. 14. 33. 146
Quatuor portis patet. ibidem.
26. 145. Ut diuidi possit, qua-
tuor requirit. ibidem. 34. 146.
largo modo complectitur Pa-
patum. ibidem. 32
- S.** Bernardus quatuor proposuit
Consideranda Eugenio III.
Pape. 20. 13. 224
- B**ernardi Lutzenburgi locus ex-
pensus. 20. 32. 229
- B**iblia Sacra est liber vita, 12.
44. 122. Quatuor partes conti-
net. ibidem 45
- B**ibliotheca animata. Adagium.
3. 25. 24
- B**izantinis Episcopum dedit. S.
Petrus. 10. 2. 85
- B**izantium nomen mutauit in
Constantinopolim, ex Magno
Constantino. 10. 3. 85
- B**oatijs exclamatio, quod aliquan-
do virtuti pro præmio pæna-
tribuatur. 15. 24. 153
- B**onasunt quadruplicia, Natu-
ræ, Fortunæ, Gratiae, & Glo-
riae. 11. 39. 108
- B**ona Ecclesia necessaria sunt, ut
anima corpori. 14. 23. 144. Sunt
vota fidelium, pretia peccato-
rum, patrimonia pauperum, et
Stipendia Ecclesiasticorum.
ibidem. 24. 144. Fuerunt in Ec-
clesia ab eius exordio, abun-
dantius à donatione Constan-
tini. ibidem. 27. 145. In quos
vñs expendenda. ibidem. 25.
144. Eorum quatuor facienda
partes. ibidem. 30. 145
- B**onifacius Papa IIII. in in-
- signijs, & Armis faciebat vñ
magnam Crucem, quatuor al-
ias minores complectentem.
13. 32. 134
- B**onifacius Papa IIII. non
inuenit Iubileum centesimæ,
sed in scriptis redegit illum.
14. 15. 142
- B**onitas quadruplex requiritur
in omni actione bona. 11. 32.
107
- B**reue Pij V. prohibens Valenti-
no Concilio Prouinciali voca-
re se sanctam synodus; o mnia
Orbis prouincialia Concilia
complectitur. 6. 26. 65
- S.** Brigitæ reuelatum fuit, quod
Christus, quatuor fuit Clavis
Cruci affixus 11. 69. 112
- B**ulla, qua Carolus Magnus po-
terat eligere summum Ponti-
ficiem, inter præcipuos Francia
thesauros recondita erat. 10.
35. 90. Cui bullæ fuit renun-
ciatum. ibidem. 37.
- B**ulgari consuluerunt Nicolaum
Papam I. de numero Patriar-
chalium sedium; sed non de ra-
tione illarum. 48. 34
- B**ulgarus. I.C. quare derisus fue-
rit à suis scholaribus. 14. 16. 143

C

- C**anon animatus dicitur Pa-
pa. 5. 5. 48
- C**anon dicitur Regula, & qua-
tuor cōtinet species. 12. 60. 124
- P**ropriè est determinatio Con-
cilijs Generalis. ibidem. 6. Im-
propriè extenditur ad alia

INDEX.

- Concilia. ibidem. 66. 125
 Canones Ecclesiastici à Deo pro-
 cedunt. 5. 8. 48. Sunt in ra-
 tione naturali fundati. ibidem
 9. Aliquando ius Diuinum ap-
 pellantur. ibidem. 10. Suggestio-
 ne Spiritu sancto sunt conditi.
 ibidem. 11.
 Canonicus iunior æquiparatur
 antiquiori in voce capitulari.
 6. 35. 67.
 Canonici Lateranensis Ecclesiae
 quando possint eligere Papam.
 16. 33. 169
 Canonizatio Sanctorum ad Pa-
 pam pertinet, non ad Episco-
 pos. 17. 55. 186
 Caput est principale hominis mē-
 brum. 16. 38. 170
 Caput humanum repertum fuit
 ab ijs, qui iacebant fundamen-
 ta Capitolij. 16. 25. 167
 Carceris perpetui poena, quando
 remitti soleat in sacro fidei tri-
 bunali. 18. 44. 205
 Cardinales, Cardines terra sunt,
 super quos Deus posuit Orbem.
 17. 24. 180. Eorum consilio ni-
 titur Ecclesia, in administra-
 tione apud Summum Pontifi-
 cem. 20. 20. 22. 5. Eorum purpu-
 reus color perfectionem chari-
 tatis significat. 17. 69. 189. Eo-
 rum appellatione tatum intel-
 liguntur. S. R. E. non autem
 alijs, qui impropre Cardinales
 vocantur. 17. 15. 178. An-
 congrue dicantur Papæ crea-
 ture. 17. 68. & seq. 189. Præ-
 feruntur ex constitutione Eu-
 genij IIII. etiam quatuor
 præcipuis Patriarchis. 17. 24.
 179. & seq. Eorum sacro Colle-
 gio an addendi sint Quatuor
 præcipui Patriarchæ 20. 21. &
 seq. 225
 Carolus Magnus præclara exhibi-
 buit Ecclesiæ seruitia. 10. 33.
 90. Habuit facultatem eligen-
 di Papam. ibidem. 34.
 Carolus Molinæus hereticus pri-
 me classis. 17. 40. 183. Impu-
 gnatur, dicens Papam non esse
 superiorum aliorum Patriar-
 charum. ibidem. 39. Aliquando
 confessus est primatum Papæ.
 ibidem. 41
 Carthusianorum Religiosorum
 commendatio. 11. 62. 111
 Castus iuuenis appellatur mar-
 tyr absque sanguinis effusione.
 5. 41. 53
 Cathalanus quidam venit Romam
 ad annum Iubilæi cente-
 simum, quadringentis annis
 ante Bonifacium VIII. 14.
 18. 143
 Catalogo verorum Patriarcha-
 rum scripti sunt veri Patriar-
 chæ. 5. 40. 53
 Catechismus Romanus aperte do-
 cet, quatuor esse præcipuos Pa-
 triarchas ultra Romanum. 4.
 43. 42. Appellatur sacer liber,
 eiusque auctoritas commenda-
 tur. ibidem. 44. & seq.
 Cathedra Alexandrina non est
 adepta Ecclesiasticum officiū,
 sicut Antiochena. 3. 53. 30
 Cathedra Iacobi Apostoli Hierosolymis summe venerata
 fuit. 3. 30. 25
 Cathe-

I X N I D I E M X

- Cathedra Marci Euangelista celebris fuit apud Alexandriam. 3. 30. 25
Catholicorum dissensiones auxerunt statum Infidelium. 10. 63. 95
Catholicus appellatur Rex Hispaniae, per excellentiam, & antonomasiam. 7. 13. 70
Catholicus dictus fuit Patriarcha Antiochenus. 7. 12. 70
Catholicus vir persecutionem pro Ecclesia patiens, summopere adiuuandus est. 19. 43. 217
Causa cessante, cessat eius dispositio. 3. 10. 21
Causa causæ est causa causati. 4. 50. 43
Causæ mouentes Romanos Pontifices ad erigendum verum Patriarchatum Constantino-politanū. 10. 9. & seq. 86. et seq.
Causarum forum appellavit Plutarchus regionem impiorum. 10. 58. 94
Causa grauis, & ardua dicitur, quæ pertinet ad honorem Ecclesie. 19. 23. 214
Causa propria quatuor modis consideranda. 20. 11. 10. 224
Causa finalis dicitur fons causarum. 3. 9. 21
S. Cæcilia Responsorium in eius officio Ecclesiastico expensum, ac consideratum. 5. 39. 52
S. Cælestinus Papa dedit facultatem S. Cyrillo, ut eius nomine Concilio Ephesino presideret. 18. 25. 201
Ceremoniale Romanum aperie ostendit, quatuor esse præcipi- puos Patriarchas ultra Roma- num. 4. 56. 44
Chalcedonensis Cœcilij Canon 28. in sess. 16. quo primus locus assignatus fuit Constantinopo litano inter Patriarchas, editus fuit absque approbatione Sedis Apostolica. 6. 9. 62
Charitatis perfectio designatur in purpureo colore Cardinali- tio. 17. 69. 189
Charitatis tres sonores ab antiquis in chorum fuerunt depictæ, ut in seipsa redire beneficia significarent. 10. 46. 92
Christus ad opus nostræ redemptionis Hierosolymam elegit. 9. 4. 75. Et in ea caluaria montem. 15. 2. 150. Magnus muscus dicitur. ibid. 27. 254. Eius primatum ex quatuor deduxit Apostolus. ibidem. 13. 151. & seq. In terram descendens pacem per Angelos nunciavit, & ad celum rediens, discipulis in testamento reliquit. 10. 69. 96. Suscitans quatriduanum Lazarum, fleuit ob quatuor causas. 11. 52. 110. Non legitur, quod suscitauerit quartum mortuum, & quare. 15. 57. 157. Ad quatuor Iudices in passione duclus fuit. 11. 53. 110. Flagellatus, à quatuor ministris. ibid. 54. & quatuor instrumentorum generibus. ibidem. 55. Eius vestes diuise sunt in quatuor partes, & in quatuor milites. ibid. 56. Crucis morte elegit ob quatuor causas præcipuas. ibidem. 58. 111. Quatuor modis ostendit

IXNE D E U X I

- dit suum in nos amorem. 13.
50. 137. Quatuor clavis affi-
xus Crucis. 11. 69. & seq. 112.
- N*on commisit matri sue li-
et sanctissima claves Eccle-
siae. 8. 8. 198. *V*ox atri Admir-
abilis. 13. 13. 105. Eius qua-
tuor digiti sub pede Petri in
lotione sua concreta, quid indica-
rint. 17. 30. 181. Eius verba ad
beatum Polycarpum pro ineffa-
bili amore animarum. 18. 42. 204
- C*iuitas ad sui perfectionem di-
uersas debet habere hominum
conditiones, ac diuersos gradus.
1. 14. 5. Sine pauperibus dicitur
imperfecta. ibidem. 15. *F*asta
est, eo ipso, quo Princeps consul-
te vocat aliquod opidum, ciuit-
atem. 3. 25. 50. In suum Epi-
scopum rebellis, priuatur Epi-
scopali dignitate. 19. 40. 216
- G*lasses quatuor semper erant Ro-
mae paratae ad omnem Belli ma-
teriam. 15. 42. 136
- C*lavi quatuor fuerunt, quibus af-
fixus fuit Crucis. *R*edemptor
noster. 11. 69. & seq. 112
- S. D. N. Clemens VIII.* inter
potentissimos Reges Hispaniae,
& Galliae pacem conciliavit.
10. 68. 96. In publico Consisto-
rio Regias Philippi II. Regis
nostris laudes commendauit. 12.
20. 119. *Eidē Alexandrinus Pa-*
triarcha Gabriel per legatos
obedientiam dedit. 20. 34. 229
- L*ateranensem Ecclesiam signan-
ter mirifice illustrat. 16. 33. 169
- C*lerici sine commendationis litte-
ris non sunt admittendi ad Ec-
clesiastica officia. 13. 43. 136.
- E*gentes & pauperes sunt co-
piosissimi, ac diuitibus iungendi.
19. 19. 213
- C*leras uniuersus desert in capite
coronam & rasuram ob memo-
riam Petri Apostoli. 15. 7. 158
- C*ognatio spiritualis plures in iu-
re effectus operatur. 5. 39. 52
- C*ollegia ab Episcopo gubernan-
da cum consilio quatuor viro-
rum. 14. 36. 146
- C*olores quatuor praecipui in
Ecclesiasticis officiis. 13. 53. &
61. 139
- C*ommissiones causarum in par-
tibus, quibus facienda. 14. 35.
146
- C*ommunicatio Priuilegiorum,
quid operetur. 5. 36. 52
- C*ommunis opinio est, quam post
glossam tenent duo famosi do-
ctores. 2. 6. 12. *F*acit, quod res
amplius non potest dici dubia.
ibidem. 28. 15
- C*omponere librum iniure, sudo-
ris, ac vigiliarum negotium est
10. 24. 89
- C*ompostellana Ecclesia nobilita-
ta à Iacobo Apostolo. 3. 39. 27.
- D*icta fuit Apostolica. ibidem.
- N*unquam fuit Patriarcha-
lis. ibidem. 40. 28
- C*oncilium generale exigit qua-
tuor conditiones. 12. 64. 125.
- A*d illud vocandi sunt quatuor
praecipui Patriarchae. 19. 52.
218. *E*ius decreta subscriben-
da sunt à quatuor Patriarchis
ibidem. 54. 219
- C*oncilia prima quatuor Ecclesie
cele-

I N D E X.

36.
co-
ndi.
213
pte
emo
150
n iu
52
an-
iro-
146
in-
3. &
139
par-
35.

m.
52
post
i do-
d res
ibia.
115
udo-
m est
89
lita.
27.
dem.
cha-
28
qua-
125.
tuor
52.
iben-
rchi
219
lesia
e-
- celeberrima habentur. 12. 52. 198
123
Concilia quatuor fuerunt cele-
brata in Basilica. S. Petri. 150
9. 151
Conciliarum quatuor genera. 12. 125
67. 125
Concilium prouinciale nō potest
amplius appellari Sancta syno-
dus, licet antea per mille, &
amplius annos eo epibeto vte-
batur. 6. 23. & 25. 65
Concordia, ac pacis fructus mul-
ti sunt. 10. 55. 93
Confratriæ laudabiles institutæ,
ad pacem inter discordes conci-
liandam. 10. 64. 95
Conjecturis non est locus in cla-
ris. 4. 15. 36
Connexorum idem est iudicium.
5. 37. 52
Consecratio Eucharistie quatuor
exigit substantialia verba. 11.
33. 107. Aha quatuor Vide ibi-
dem. 35. & seq.
Consistorium est Tribunal Papæ.
19. 24. 214. In eo grauia, & ar-
dua expedienda. ibidem. 26. In
eo an esse, ac sedere debeant
quatuor Patriarchæ. 20. 21. &
seq. 225
Constantinopolis Dei admonitu
adficata fuit. 10. 1. 85. à Con-
stantino Imperatore nomen
acepit, quæ antea Bizantium
vocabatur. ibidem. 3. Aeterna
ciuitas dicta. ibidem. 3. Condi-
ta anno quinto post Nicænum
Concilium. 6. 14. 63. Dicta fuit
Romanoua. 17. 75. 191. Ibi ele-
cta fuit famina in Patriar-
cham. 18. 6. 198
Constantinopolitana Ecclesia
fuit ex tempore Constantini
inter quatuor præcipuas Eccle-
sias, sed non ut verè patriar-
chal. 6. 17. 60. Vocata fuit ma-
ter Christianorum Orthodoxæ
Religionis. 10. 4. 85. Dicta etiæ
fuit mater Ecclesiæ. 17. 82
193. Tempore Vigilij Papæ fa-
cta vere Patriarchal. 10.
5. 86. An facta Patriarcha-
lis, priusquam Hierosolymita-
na. ibidem. 6. De iure semper
est subiecta Romana. 17. 81.
192. et seq. Ob consequendū Pa-
triarchatum scandala multa
orta sunt. 10. 56. 93. Illius ere-
ctio, & Hierosolymitana cessit
in honorem Petri Apostoli. 4.
27. 38. & 15. 1. cum seqq. 149.
& seq.
Constantinopolitanum primum
Cœciliū instituisse, ac diuisi-
se Patriarchatus, qui docue-
rint. 6. 2. & 4. 61. Eius mens
qualis fuerit. ibidem. 5. Eius
Canon 3. alias. 5. Subreptitus
fuit. ibidem. 6. & 7. 62
Constantinopolitanum Conciliū
Secundum tempore Iustiniani
Imperatoris non sub Iulio, sed
sub Vigilio celebratum fuit. 9.
35. 81
Constantinopolitanus Patriarcha
habet viginti sex Archiepi-
scopos suffraganeos. 10. 74. 97.
Præsumpsit cōvocare Genera-
le Concilium. 18. 31. 202. In iu-
rys affecit, & relegauit legatos
Sedis Apostolicae. ibid. 19. 201.
Voluit

INDEX.

- voluit de primatu contendere
 cum Romano. ibidem. 32. Coge-
 batur sedere ad pedes Impera-
 toris. 17. 89. 194. Idem poterat,
 quod poterant Alexandrinus,
 & Antiochenus. 3. 6. 7. 57. Non
 gubernat nauem Ecclesia, sed
 scapham. 17. 83. 193
- C**onstantinopolitanus Patriar-
 chatus verè erectus, maximè
 ob conciliandam pacem inter
 Gracos, & Latinos. 10. 73. 96.
 & seq.
- C**onstantinus Imperator non ere-
 xit Patriarchales sedes, ut fal-
 sò putat hæretici. 6. 18. 64. Me-
 ruit, quod eius ciuitas esset ve-
 rè Patriarchalis Sedes. 10. 14.
 87. & 16. 17. 165. Insignem fe-
 cit Ecclesia donationem. 10. 10.
 86. Fecit eam donationē in die
 quarta sui baptismatis. 14. 28.
 145. Romanum Imperium
 muniuit veneranda Christiano-
 rum fide. 10. 14. 87. Sepultus
 fuit Constantinopoli in atrio
 Ecclesiae S. Petri. 15. 11. 151
- C**onstantius Imperator ab exilio
 reuocauit S. Hilarium, quia il-
 li librum detulit. 10. 23. & 25.
 pag. 89
- C**onstitutiones iuris Orientalis
 probant quatuor esse ultra Ro-
 manū, præcipuos Patriarchas.
 10. 87. 99
- C**onuictus dicitur aliquis qua-
 tuor modis. 12. 26. 120
- C**orrelatum vescat, ubi non est
 subiectum. 6. 14. 63
- C**orporale dicitur etiam linte-
 men. 11. 43. 109
- Creature, qui dicantur in suppli-
 cationibus Papæ offerendis. 17.
 63. 188
- C**reare propriè solitus est Dei. 17.
 63. 188
- C**rimina morte digna, que sint.
 17. 57. 186
- C**rux fuit vitæ hieroglyphicum.
 11. 61. 111
- C**rux Christi quadrata, & qua-
 tuor literas habet. 11. 60. 111.
- I**n stipite habebat tabulā, ubi
 separatim pedes Christi clavis
 infixi fuerunt. ibidem. 69. &
 seq. 122. Constatbat ex quatuor
 generibus lignorum. ibidem.
 68. Illius titulus quatuor ha-
 bet dictiones. 13. 23. 133
- C**uiatij opinio impugnatur. 1. 29.
 & seq. 7
- C**uratis beneficijs præficiendi sunt
 à quatuor examinandi. 13. 36.
 135
- C**uriae Regum, quando in Calua-
 ria montem conuerti dicātur.
 19. 36. 215
- D**
- D**auid vicit Goliath Phili-
 stheum. 15. 33. 157. Posuit
 quinque lapides in pera sua, et
 quid significant. 16. 43. 171
- D**eambulatoria quatuor in domo
 saltus Libani. 15. 22. 153
- D**ecas plena integratur quatuor
 numeris. 11. 23. 106
- D**ecretales quatuor Epistole di-
 rectæ Hierosolymitano Patriar-
 chæ. 9. 21. 78
- D**ecretales quatuor Epistole In-
 nocen-

INDEX.

- nocent. III. applicat quatuor animalia Ezechielis ad quatuor præcipuos Patriarchas. c. 16. num. 4. pag. 161.
 Decretalis Epistola intellectus sumitur ex sua integra litera. cap. 16. num. 8. pag. 162.
 Decreti Gratiani emendatores alij sunt, ab ijs, qui scholia fecerunt ad Tomos Conciliorum. cap. 6. nu. 8. pag. 62. Qualiter referat verba Nicenæ Conc. in can. 6. alias 8. in c. 17. nu. 79. pag. 192.
 Decretum Gratiani in quatuor libros distributum, legitur. cap. 12. num. 42. pag. 122.
 Delicitorum quatuor genera. c. 15. num. 48. & 55. pag. 156. & seq.
 Delinquens emendatus, est admittendus ad perfitos gradus, & honores. c. 18. nu. 36. pag. 203.
 Demonum quatuor genera. c. 11. nu. 66. pag. 112. Eorum aet. simili est litigatio. cap. 10. nu. 59. pag. 94.
 Determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter determinat. c. 5. num. 38. pag. 32.
 Deus cœlestia, & terrena moderatur. c. 1. num. 3. pag. 3. Veritas est. c. 5. num. 12. pag. 48. In rerum creatione ut voluit verbo, fiat; ibidem, nu. 56. pag. 56.
 Per incremeta temporum auit scientiam spiritualium partium. c. 6. nu. 21. pag. 64. Omnis fecit in pondere, numero, & mensura. c. 11. nu. 2. p. 102. Quatuor modis vocat homines ad celestem patriam. ibid. nu. 62. & seq. pag. 3. Cœauit rationa-
- lem animam ob quidruplicem finem. ibidem. nu. 64. pag. 112.
 Posuit in firmamento duo lumenaria magna. cap. 15. num. 15. pag. 152. Habet nomen quatuor litterarum. ibidem. nu. 35. pag. 154. Honorat patrem in stylis. c. 17. nu. 5. pag. 176. Eius vindictam quatuor clamant. cap. 15. num. 58. pag. 157. Eius nomen quatuor litteris explicant omnes fere gentes. cap. 11. nu. 29. pag. 107. Eius attributa sunt quatuor, Potentia, Sapientia, Iustitia, & Bonitas, ibidem. num. 30. In eo sunt quatuor substantialia. ibidem. num. 31. Eius voluntas fuit, ut successoribus Petri externi honores tribuerentur, qui sibi in terris debebantur. cap. 15. num. 14. pag. 152. Eius bonitas per creaturas inuestiganda est. c. 17. num. 65. pag. 188.
 Dicis causa aliquid fieri, significat, non vere, sed ficticie, & ad pompam fieri. cap. 9. num. 27. pag. 79.
 Dies in quatuor partes diaissus ab Habreis. c. 15. nu. 41. p. 155.
 Digitii quatuor Domini sub Pede Petri in lotione cœnæ positi, quid significant. c. 17. num. 30. pag. 181.
 Dignior tanto magis quis est, quanto praest dignioribus. cap. 17. num. 3. pag. 176.
 Dignos omitti, & indignos assimi; dolenter refert S. Hieronymus. c. 14. nu. 26. pag. 145.
 Dignitas pristinè habita, honore

Hs conser-

I N D E X . I

- conseruat antiquo possessori. c. 19. num. 32. pag. 215.
- Dignitas peccare non potest, sed qui illa h̄et. c. 18. nu. 48. p. 205.
- Dignitatis nomine factum, trā sit in successorem dignitatis. cap. 10. num. 49. pag. 92.
- Dignitatum gradus quatuor esse, multis placuit. c. 12. nu. 13. pag. 118.
- Dilationes substanciales in Rotata, quatuor sunt. c. 12. nu. 23. pag. 119.
- Dionysius Magnus scriptis libris de cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchia. c. 1. nu. 1. & 2. pag. 3.
- Dionysij Gotthifredi expositio ad Nouellam Iustiniiani de Ecclesiast. tit. impugnatur. c. 17. num. 33. pag. 182.
- Dyphycia in iure, que dicantur. cap. 5. num. 40. pag. 53.
- Discipulus tenetur magistri sententiam defendere. c. 4. nu. 29. pag. 38.
- Discipuli Domini ad breue tempus transfluerunt Hierosolymitanam Ecclesiam, ad Pellæ, & hoc iubente Domino. cap. 9. num. 28. & seq. pag. 80.
- Disputatio fiscipienda est, ut nesciētibus fiat cognita, & scientib. non onerosa. c. 3. nu. 3. p. 19
- Disputatio quatuor Patriarchalium sedium pulchra, ac utilis est. c. 19. nu. 3. & seq. pag. 211.
- Diversitas Graduum in Republica, uniuersitatem conseruat. cap. 1. num. 11. & seq. pag. 4.
- Divinitatis est in nullo deficere, non humanitatis. c. 20. nu. 229. pag. 227.
- Diuortium verum est, cum sit animo perpetuo diuertendi. cap. 9. num. 30. pag. 80.
- Doctor intelligendus est, secundum iura, quæ allegat. cap. 2. num. 23 pag. 14.
- Doctoris opinio probabilis est, non necessaria. cap. 4. nu. 2 pag. 33.
- Doctores, qui docent quatuor esse præcipias, ac veras Patriarchales sedes ultra Romanam, allegantur. c. 2. nu. 2. 8. & seq. maxime, nu. 27. pag. 11. & seq.
- Doctores quatuor primi Ecclesiæ, qualiter applicantur ad quatuor Euangelistas. cap. 16. num. 18. pag. 165.
- Doctorum singularia dicta, cum grano salis sunt accipienda. cap. 9. num. 13. pag. 76.
- Dolum vertere. Adagium. c. 18. num. 62. pag. 208.
- Dolus possessoris facit, ut possit iudex de iure futuri temporis iudicare. c. 10. num. 3. pag. 222.
- Domini manere oportet belle fortunatum. Adagium. c. 13. nu. 42. pag. 136.
- Domusque quilibet Rex. Adagiū. c. 17. num. 56. pag. 186.
- Dominici Banes diuissio Conclitorum, diminuta est. c. 12. num. 68. pag. 125.
- Dominium in dubio intelligitur directum. c. 17. nu. 13. pag. 178.
- Domini appellari renuerunt aliquando seculares principes. cap. 17. num. 70. pag. 190.
- Domus propria tutum cuilibet refugium

I N D E X.

- refugium est, ac receptaculum.
cap. 9. num. 23. pag. 79.
- D**onatio Constantini Imperato-
ris consentiente Senatu facta
Papa Siluestro, & Ecclesie.
cap. 10. num. 10. pag. 86. Illius
tenor ubi seruetur, ac legatur.
ibidem. nu. 11. & seq. Ab ali-
quibus dicta fuit restitutio.
ibid. nu. 42. pag. 91. Fuit re-
munatoria. ibidem. num. 43.
Non fuit facta sub ea condi-
tione, ut Constantinopolitana
fieret Patriarchalis sedes. ibid.
nu. 47. pag. 92. Quod die facta,
& quibus consulibus. cap. 14.
num. 28. pag. 145.
- D**ubia res non dicitur, quando
constat de communis opinione.
cap. 2. num. 28. pag. 15.
- D**uo sunt, quae perficiunt omnes
actus. Potestas videlicet, ac vo-
luntas. cap. 10. nu. 75. pag. 97.
De clara in numeris seqq.
- D**ux à Ducatu vi expulsus, de-
bet sedere in loco Ducum.
cap. 19. nu. 46. pag. 217.
- E**
- E**cclisia in expugnabilis est,
& qualiter sit munita. c. 1.
nu. 4. pag. 3. Sponsa est Christi
pudica, & incorrupta. cap. 13.
nu. 2. pag. 130. Orbis, & Vrbis
eadem est. c. 16. nu. 22. pag. 167.
Nil habet inordinatum. c. 1.
nu. 7. p. 3. Habuit bona ab eius
exordio. c. 14. nu. 27. pag. 145.
Habet quatuor præcipua epi-
theta. c. 12. nu. 59. pag. 124. Di-
cta fuit aliquando nauicula.
c. 17. nu. 86. pag. 192. Proprie-
- comparatur navi magna. ibid.
nu. 88. An perdat possessionem
rei occupata à tyramo. cap. 20.
nu. 7. p. 222. Tenetur remunre
rare benemeritos, ne argui pos-
sit de ingratitudine. c. 10. nu.
26. p. 89. Est ad exēplarum trium
phantis constructa. c. 1. nu. 6.
pag. 3. Varios habet Ecclesiasti-
cos gradus sub Romano Pon-
tifice eius visibili capite. c. 1.
nu. 9. & seq. p. 4. & seq. Nun-
quā moritur. c. 10. nu. 50. p. 92.
Ecclesia triumphans varios ha-
bet caelestium spirituum ordi-
nes. cap. 1. num. 8. pag. 4.
- E**cclisia matura deliberatio am-
plicienda est, omisis alijs ima-
